


L X


1/2

33752/B/2

BM(NH) 968







# PHARACOPOEA

Tituli Remedia

Pyxides venenia

Pellula sine  
quibus  
esse volo

Requies  
Nicolai  
æterna

ORVIETAN.  
quod fefellit  
magistrum

Erueus

Flores

Herbeæ

Ligna

Cortices

NINSI.

SUSUS

HELEBORUS.

Tusis

Diabète.

Morosis

Priapiflora

IRIS.

CASTOREUM.

ORCHIS

Diarrhea

Sopor

Vomitus.

JALAPPA.

OPIMUM.

IPECACOANNA

Agave

Elixir SALUTIS

Theriaca COELESTIS

NON OMNIBUS \* SAT SAP.

Extract

Sativa

ELIXIR SALUTIS

Theriaca COELESTIS

18

CAROLI LINNÆI

Archiat. Reg. & Med. ac Botan. Prof. Upsal.

Naturæ Curiosorum DIOSCORIDIS secundi,

# MATERIA MEDICA,

## LIBER I. DE PLANTIS.

Secundum


Genera,  
Loca,  
Nomina,  
Qualitates,  
Vires,

Differentias,  
Durationes,  
Simplicia,  
Modos,  
Usus,

Digestus,

Synonyma,  
Culturas,  
Præparata,  
Potentias,  
Composita,

Cum Privilegio S. R. M:is Suec. & S: R: M:is Polon, ac Elektoris Saxon:



HOLMIAE,

Typis ac sumptibus LAURENTII SALVII,

Anno 1749.

39935



GENEROSSISSIMO DOMINO,

LIB. BARONI,

C A R O L O

H Å R L E M A N

SUPREMO ÆDIFICIORUM & HOR-  
TORVM REGG. PRÆFECTO,


EQUITI AURATO DE STELLA POLARI,

NEC NON OMNIUM SÆ RÆ: M:TIS SVECIÆ  
ORDINUM SUMMO CEREMONIARUM  
MAGISTRO.

Ut etiam supersit post fata grati animi  
monumentum in Mæcenatem opti-  
mum, qui candore, studio, opera, in  
secundis consuluit, in adversis erexit, hoc  
poni curavit

Cliens

C. LINNÆUS.



# CONSPECTUS.

**O**PUSCULUM hoc de MATERIA MEDICA in gratiam Discipulorum, Studiosorum Upsaliensium, conscripsi hoc tempore, quo Academiam nostram regit Cancellarius vere augustus, ipse Princeps Serenissimus ADOLPHUS FRIDERICUS, quando jam Docentes, mutua quasi æmulatione inter se certabant de Scientiis in clariorem lucem exponendis. Curavi ut evaderet liber mole parvus, nec foret oneri discen-tibus, heic etiam sufficit pauca, sed certa nosse, ut firmo dein fundamento vastissimam eruditio-nis molem superstruant tandem maturi Practici, institutis observationibus propriis selectissimis. Sciant autem eruditi Medici, me minime heic ipsis scri-psisse; tanta enim hodierna medicina superbit vi-rium medicinalium copia, ut non arcto libello ca-piatur, sed potius proprio pondere ruat.

SIMPLICIA tantum heic promo, ex quibus composita dein conficienda & dijudicanda sunt. Quis enim de compositis judicium ferret, qui igna-rus esset Simplicium proprietatum? Sunt Simpli-cia desumpta e triplici Naturæ Regno: e Lapideo, Vegetabili & Animali; heic VEGETABILIA tan-tum depromsi, quæ maximam constituunt Mate-riæ Medicæ partem, alio tempori reservans ce-tera, cum debeant singula Naturæ Regna propria methodo proponi.

SVECICA OFFICINALIA tantum in hoc opus introduxi, cum instruerem Alumnos olim futuros per Sveciam Medicos, adeoque plantas vix alias, quam quas PHARMACOPOEA HOL-MENSIS (*Medicinal-Ordnningar. Stockb. 1742.*)

# CONSPECTUS.

*oēt. pag. 90.)* jubet, assūm̄si, & eas quidem omnes  
nulla exclusa, quamvis multæ & excludi possent  
& deberent.

INUSITATAS tamen nonnullas, viribus  
eximias & quibus commode carere nequeunt in-  
geniosi Medici, non potui non addere, quarum  
tamen catalogum heic sistam, ne Pharmacopolas  
sollicitent juvenes Medici de plantis, quas colli-  
gere & asservare, ex Constitutionibus regiis, non-  
dum tenentur; sunt hæ:

INDIGENÆ.	HORTENSES.	EXOTICÆ.
Rad. <i>Britannic.</i>	Rad. <i>Lapath. sangu.</i>	Rad. <i>Alcann. ver.</i>
<i>Actææ.</i>	<i>Herb. Ammi veter.</i>	<i>Ginseng</i>
<i>Barb. Hirci.</i>	<i>Camphorata.</i>	<i>Senegæ.</i>
<i>Bolet. Cervin.</i>	<i>Coridis.</i>	<i>Cassines.</i>
<i>Eupatorii.</i>	<i>Laurocerasi.</i>	<i>Ebeni,</i>
<i>Salep.</i>	<i>Melissæ.</i>	<i>Pavaneæ.</i>
<i>Telephii.</i>	<i>Scroph. aquat.</i>	<i>Prostuv.</i>
<i>Stip. Dulcamar.</i>	<i>Bacc. Belladonnii.</i>	<i>Cort. Simarub.</i>
<i>Herb. Cotule.</i>		<i>Herb. Auricular,</i>
<i>Lamii.</i>		<i>Acmeillæ.</i>
<i>Lini cathar.</i>		<i>Fung. Melit.</i>
<i>Linnaeæ.</i>		<i>Peraguæ.</i>
<i>Myrt. Brabant.</i>		<i>Fruct. Fagareæ.</i>
<i>Musc. Cumatil.</i>		<i>Nucul. Sapon.</i>
<i>Canini.</i>		<i>Pimentæ.</i>
<i>Erectii.</i>		<i>Oryza.</i>
<i>Islandici.</i>		<i>Succ. Hypocistid.</i>
<i>Pyxidati.</i>		<i>Soja.</i>
<i>Pedicularis.</i>		<i>Sagu.</i>
<i>Vulvaria.</i>		<i>Vernicis,</i>
<i>Uva ursi.</i>		
<i>Xanthii.</i>		
<i>Bacc. Norlandica.</i>		
<i>Vitis idææ.</i>		
<i>Sem. Dature.</i>		
<i>Fagopyri.</i>		

METHODO in singulis Plantis usus sum con-  
formi, eaque compendiosissima, plantam unam-  
quam-

# CONSPECTUS.

quamque *Oeto lineis* complectens, ordine eodem semper positis; scilicet

<i>Nomen.</i> 1.	<i>Qualitas.</i> 5.
<i>Synonymon.</i> 2.	<i>Vis.</i> 6.
<i>Locus.</i> 3.	<i>Usus.</i> 7.
<i>Pharmaceuticum.</i> 4.	<i>Compositum.</i> 8.

SPECIES reduxi ad recepta a me Genera & Clases, ut certius innotescerent Botanicis Plantæ. DIFFERENTIAM, qua Species a Congeneribus distinguitur, sedulo adjeci, FLORAM SVECICAM de plantis Indigenis semper allegavi, ut Letori Nomina vernacula, simulque Loca indicaret, ne ab Exteris regionibus indigenas plantas arcessere cogantur Pharmacopœi Nostrates. HORTUM UPSALIENSEM similiter in subsidium vocare numquam intermis de plantis in Hortis nostris nascientibus, ut ex eo innotesceret Pharmacopœis, quas plantas nostrum Solum facilius aut difficilius ferat, ne aut frustra repeatant multoties a nobis instituta experimenta, aut ab exteris oris arcersant, quæ in nostris æque facile ac exterorum germinant Hortis.

DUBIAS, in Specierum determinatione occupatus, miratus sum dari adhuc plurimas, in Officinis pharmaceuticis tritissimas & quandoque a seculo nati Salvatoris usitatisimas; hæ in tanta Botanices luce, quæ hodie est, destituuntur Descriptionibus & Figuris aptis, ut circa has ideo cæci- tiamus sæpe sereno die. Ne autem quis mihi ob- jicit, quod species dubias festinanter nimis determinaverim, en Catalogum earum, quas hæsitans adposui, ut si cui Botanico in posterum aliquas ex hisce inspicere contingat in loco, ubi colliguntur

# CONSPECTUS.

pro officinis, de iis sollicite inquirat, qua fide nobis innotuerint.

Rad.	<i>Behen. rub.</i>	<i>Cort. Canell. alb.</i>	<i>Succ. Ammoniacum.</i>
	<i>Contrajeru.</i>	<i>Simarubæ.</i>	<i>Animi.</i>
	<i>Costi.</i>	<i>Thymiamat.</i>	<i>Bdellium.</i>
	<i>Galangæ.</i>	<i>Herb. Spicæ ind.</i>	<i>Benzoe.</i>
	<i>Hermodact.</i>	<i>Sem. Anis. Stellat.</i>	<i>Bals. Copaliva.</i>
	<i>Jalapæ.</i>	<i>Amomi.</i>	<i>Mecha.</i>
	<i>Ipecacuanh.</i>	<i>Coculi.</i>	<i>Peruv.</i>
	<i>Ninfæ.</i>	<i>Cine.</i>	<i>Tolu.</i>
	<i>Parejrebrav.</i>	<i>Cubebæ.</i>	<i>Caranna.</i>
	<i>Schænanthi.</i>	<i>Dauci cret.</i>	<i>Elemi.</i>
	<i>Zedoaria.</i>	<i>Myrob. indic.</i>	<i>Galbanum.</i>
Lign.	<i>Aloës.</i>	<i>Bellir.</i>	<i>Myrrha.</i>
	<i>Aspalath.</i>	<i>Chebul.</i>	<i>Olibanum.</i>
	<i>Brasiliens.</i>	<i>Citrin.</i>	<i>Opopanax.</i>
	<i>Campescan.</i>	<i>Paradisi.</i>	<i>Sagapenum.</i>
	<i>Fernambuc.</i>		<i>Styrax liqu.</i>
	<i>Ebenum.</i>		<i>Sang. Dracon.</i>
	<i>Nephrit.</i>		<i>Tacamahaca.</i>
	<i>Rhodium.</i>		<i>Thus.</i>

**SYNONYMON** unicum in singulis plantis mihi pro compendio satis erit, quod præcipue a *C. Bauhini pinace* mutuatus sum, unde reliqua desumi & evolvi possunt in plantis Europæis; at in Exoticis & Indicis selectissimum quoddam adduxi ab *Horto Malabarico* aut *Plukenetio* vel alio desumtum, ut eo certius innotesceret planta: ubi vero *Dubium* de planta fuit, plerumque signum (?) dubitationis adjeci.

**NATALIA** loca ejuscunque plantæ indica vi, ut constet unde singulæ arcessantur, quæ notitia maxime Pharmacopolis necessaria est. Cum autem Plantæ Svecicæ indigenæ etiam in adjacentibus regionibus proveniant, ut evitarem plura verba, *Europam nostram* septentrionalem adposui, quod plantam Svecicam indicat. Ad finem Linææ Ter-

tiæ

# CONSPECTUS.

tiæ uno altero ve vocabulo *Culturam* pharmacopœis monstravi.

*Vulgares* dixi, quæ sponte apud nos crescunt.

*Cicures* vero Exoticas, quæ semel in Hortos nostros introductæ, facile per se subsistunt ex Annuo semine vel Perenni radice.

*Mansuetas* autem, quæ more Animalium mansuetorum apud nos pulcre degunt, modo per hyemem tecta subeant vel parum a gelu defendantur.

*Feras* nominavi eas, quæ Ferarum instar toto anno intra claustra Caldarii coërcendæ & custodiendæ sint, ne aufugiant pereantve, quales vix Frustrum nostro sub climate ferunt.

*Peregrinas* dixi plantas, quæ Europæis Hortis vix unquam innotuere, adeoque e Peregrinis terris arcessendæ.

*DURATIONEM*, ut Cultura eo clarius innotesceret, unico verbo adjeci.

*Semebris.*

*Fruticulus.*

*Annua.*

*Frutex.*

*Biennis.*

*Arbuscula.*

*Perennis.*

*Arbor.*

PHARMACOPOEORUM Nominæ, sæpius licet absurdæ, sancte servavi, utpote complurium Seculorum auctoritate, ratione legibusque exempta.

*Simplicia*, quæ ex singulis plantis desumuntur, secundum modum nascendi indicavi.

*Radix.*

*Succus.*

*Lignum.*

*Flos.*

*Cortex.*

*Frustrus.*

*Folia.*

*Semina.*

Præparata partibus immiscui, ea tamen lege, ut præparatum semper sequatur partem ex qua præparatur, ut si e. gr. oleum adsit, intelli-

# CONSPECTUS.

gatur istud præparari ex parte proxime antegressa; sunt præparata hæc

<i>Aqua distillata.</i>	<i>Conserua.</i>
<i>Oleum Stillatitium.</i>	<i>Syrupus.</i>
<i>Oleum Empyreumat.</i>	<i>Rob.</i>
<i>Oleum Coctum.</i>	<i>Conditum.</i>
<i>Oleum Expressum.</i>	<i>Confectio.</i>
<i>Spiritus.</i>	
<i>Essentia.</i>	
<i>Extractum.</i>	
<i>Sal.</i>	

**QUALITATES** sunt Sensibus externis evidenter attributa. *Odor* a Naribus determinatur & Volatilia indicat. *Sapor* a Lingua percipitur & aquæ Solubilia manifestat. *Superficies* Oculis plerumque dignoscitur, & Colores, Consistentiam, aliaque determinat.

<b>SAPORE:</b> <i>Fatua,</i>	<i>Insipida,</i>	<i>Aquosa, Herbacea;</i>
<i>Oleracea,</i>	<i>Mucilaginosa,</i>	<i>Pinguis, Dulcia;</i>
<i>Aromaticæ,</i>	<i>Acria,</i>	<i>Pungentia;</i>
<i>Calida,</i>	<i>Fervida,</i>	<i>Ignea, Urentia;</i>
<i>Salsa,</i>	<i>Acida,</i>	<i>Austa, Stiptica;</i>
<i>Amara,</i>	<i>Nauseosa.</i>	

<b>ODORE:</b> <i>Inodora,</i>	<i>Fragrantia,</i>	<i>Svaveolentia.</i>
<i>Ambroſina,</i>	<i>Hircina,</i>	<i>Graveolentia.</i>
<i>Fætida,</i>	<i>Tetra.</i>	<i>Suspecta.</i>

<b>SUPERF.</b> <i>Colorata:</i>	vario colore,	<i>Tinctoria.</i>
<i>Ossea,</i>	<i>Friabilia,</i>	<i>Porosa, Lactescens.</i>
<i>Tenacia,</i>	<i>Glutinosa,</i>	<i>Spumescens, (tia.</i>
<i>Gummosa,</i>	<i>Resinosa,</i>	<i>Gummoso-Resinosa.</i>

*Fidem*, quam singulis simplicibus adhibent Medici hodierni, interdum uno alterove vocabulo indicavi; sic

## CONSPECTUS.

POTENTIAM agendi itidem in Quinta Linea  
adposui.

*Dubia, Infida, Præstantia,  
Eximia, Heroica, Cauta.*

MODUM præscribendi sæpius omisi, rarius addidi:  
*Externa, Pretiosa, Culinaria.*

FREQUENTIAM præscribendi hodie præsertim a-  
pud nostrates:

*Rariora, Frequentia, Trita, Usitata,  
Insueta, Infrequentia, Exoleta.*

VIRES in Sexta Linea habentur, quæ theore-  
ticam actionem medicamentorum docent; Sunt  
hæc, si paucas excipias, sæpe mere speculativa;  
hinc parcus in his fui. Ne termini hi artis nume-  
ro oneri essent tyronibus, in proximis paginis me-  
thodice eos disposui sub sequentibus classibus:

*Evacuantia, Alterantia,  
Muscularia, Nervina,  
Visceralia, Topica.*

USUS in septima Linea allegavi, sed parcus  
in his fui; potuissim facile hic corrasisse immanem  
copiam Medicamentorum, sed præstat hic pauca  
nosse quam multa; hujus enim oneri dudum suc-  
cubuit Medicina, nec formulis restituenda; pro-  
inde in gratiam Tyronum non alios usus produxi,  
quam quos multis experimentis probarunt Aueto-  
res, vel quos ipse sufficienti experientia edocetus,  
fidos reperi; examinavi enim, præsertim olim No-  
socomiis classis navalis præfectus Medicus, Simpli-  
cia, quotquot licuit, omnia, & infida atro carbone,  
Tuta albo calculo notavi. Nihilominus interdum  
coactus & anceps signum *Dubitacionis* (?) adpo-  
sui,

## CONSPECTUS.

sui; at ubi maxime de medicamento specifico com-  
victus, signum *Exclamationis* (!) addidi.

COMPOSITA pauca allegavi, cum mihi de  
compositis plerisque sit peculiaris sententia; qui  
velit plura composita eaque receptissima singuliss  
plantis inserere, poterit hoc facile supplere e Com-  
melino vel alio. Collega meus, Clariss. D. D. N.  
ROSEN, Archiater Regius, incepit laborantibus  
Compositis medicas manus addere, absolvere nom  
dum ipsi licuit obruto majoris momenti negotiis;  
optaveram Ejus selectas Formulas allegasse, si prius  
prodiissent, sed addant auditores post hac, dum pro-  
deunt, ut conjungant conjungenda..

HÆC absolvi, Discipuli dilectissimi, uni-  
ce ut vobis inservirem.

*Dabam UPSALIÆ 1749.*  
*d. 28. Januarii.*

AUTO-

# A U T O R E S

## PRIMARII & USITATISSIMI.

1. DIOSCORIDES Pedacius, *Anazarbeo-Siculus.*  
Libri IV. de Materia Medica.  
*Scripta Neronis ætate. Prodiit variis locis. Experta.*
2. PAULI Simon. *Medicus Regis Danie.*  
Quadripartitum Botanicum.  
*Argentorati 1667. quart. p. 660. Compilata.*
3. KOENIG Emanuel. *Medicus Basiliensis.*  
Regnum Vegetabile.  
*Basileæ 1688. quart. pars 1. p. 166.*  
*Basileæ 1696. quart. pars 2. p. 271. Compilata.*
4. RAJUS Johannes. *Theologus Cantabrigiensis.*  
Historia Plantarum.  
*Londini 1686. fol. p. 1940. Conquisita.*
5. DALEUS Samuel. *Medicus Anglus.*  
Pharmacologia.  
*Lugd. bat. 1739. quart. p. 459. Botanica.*
6. TOURNEFORT Joseph Pitt. *Prof. Bot. Paris.*  
Histoire des Plantes des environs de Paris.  
*Paris. 1698. oct. p. 545. Chemica.*
7. HERMANNUS Paulus. *Prof. Bot. Leydens.*  
Cynosura Materiæ Medicæ.  
*Argentor. 1726. quart. p. 728. per J. BOECLER.*  
*Limata.*
8. CHOMEL Joh. Baptist. *Medic. Parisin. S.R.P.*  
Abrege des Plantes usuelles.  
*Paris. 1715. duod. Vol. 2.*  
Supplement.  
*Paris. 1730. duod.*
9. ZORN

# A U T O R E S.

9. ZORN Barthol. *Med. Doct.*  
Botanologia Medica.  
*Berolini* 1714. quart. p. 470. Germanice.  
Compilatissima.
10. BUCHWALD Johannes. *Prof. Med. Haffn.*  
Specimen Medico-Praetico-Botanicum.  
*Haffniae* 1721. octav.
11. BOECLERUS Johannes. *Prof. Bot. & Chem. Argent.*  
Cynosuræ Materiæ Medicæ (7) Continuatio.  
*Argent.* 1731. quart. p. 506. Limata.
12. BOERHAAVIUS Herm. *Prof. Bot. Leydensis.*  
Historia Plantarum.  
*Londini* 1731. oct. p. 698. Conquisita.
13. ANONYMI (Joh. Alb. GESNERUS).  
Pharmacopœa Wirtenbergica,  
*Stutgard.* 1741. fol, p. 350. Nitida.
14. GEOFFROY (Godofredus) Steph. Franc. *Prof.*  
*Mat. Med. Paris.*  
Traëstatus de Materia Medica. Vol. 2. 3.  
*Paris.* 1741. oct. p. 794. & 836. Elaborata.
15. HALLERUS Albert. *Archiat. & Prof. Bot. Götting.*  
Enumeratio Stirpium Helvetiæ.  
*Götting.* 1742, fol. p. 783. Selecta.

CANO-

# CANONES.

1. Non post Rationem MEDICINA inventa fuit, sed post inventam Medicinam RATIO quæsita est. *Cels.*
2. Duo in MEDICINA FULCRA sunt: Ratio & Experiencia; *Experientia* præcedit, *Ratio* sequitur; hinc Rationes in rebus medicis Experientia non conditæ, nihil valent. *Hoffm.*
3. Mallem famoso EMPIRICO, quam subtili Mechanico, salutem meam committere. *Goelik.*
4. BARBARI plus ad augmentum Medicaminum contulerunt, quam omnium ætatum Icholæ. *Brunn.*
5. Serio suadeo Medicinæ Candidatis EUPORISTA magnopere sibi commendata habeant. *S. Paull.*
6. Qui & multa & UTILIA scit, ille sapit. *Contra Aescul.*
7. PAUCIS utatur Medicus Remediis, iisque Selectis. *Trit.*
8. SELECTA sunt, quæ Medicum nobilitant.
9. Qui potest mederi SIMPLICIBUS, dolose & frustra quærit composita. *Villanov.*
10. Qui longas remediorum FORMULAS præscribit, aut dolo peccat aut ignorantia. *Trit.*
11. Qui miscet CONTRARIA, ægrum, pharmaco-pœum, & se ipsum pessundat.
12. Plurima medicamenta elaboravit CHEMIA, sed nulla detexit.
13. Medicus NOTITIA PLANTÆ destitutus, de viribus ejusdem nunquam juste judicavit.
14. Systemate, Qualitate & Experientia eruitur omnis usus plantarum.
15. Regnum VEGETABILE præstantissima, LAPIDEUM durissima, ANIMALE paucissima producit Medicamina.
16. ESCULENTA conservant, VENENA restituunt sanitatem.

## CANONES.

17. Alimenta a Toxicis, uti Medicamenta a Venenis,  
non Natura sed Dosis distinguit.
18. Omne NIMIUM, quamvis optimum, Naturæ ini-  
micum est.
19. ADSUETA conservant, MUTATA frangunt Naturam.
20. CONTRARIA contrariis & MORBI MORBIS curantur.
21. Tituli REMEDIA, Pyxides Venena habent. *Agrippa*.
22. Medicamentis uti, nisi in vehementibus malis,  
SUPERVACANEUM est. *Cels.*
23. Medicamenta HEROICA, in manu imperiti, sunt  
uti gladius in dextra furiosi. *Trit.*
24. Ubi UNICA VIA salutis, ea licet cum periculo est  
tentanda.
25. Satius est ANCERS experiri remedium, quam nul-  
lum.
26. Quos Ratio non curavit, sæpe curavit TEMERITAS.  
*Cels.*
27. Jus vitæ sui ipsius MEDICO sapienti tradat æger.
28. Natura arte adjuta, interdum facit MIRACULA.
29. Felix est iste pulvis, qui venit TEMPORE Criseos.
30. NATURA repugnante, Medicina nihil proficit. *Cels.*
31. PRUDENTIS est MEDICI primum, eum, qui servari  
nequit, non attingere, ne videatur occidisse, quem  
ipsius fors interemit. *Cels.*

TER-

# TERMINI.

## PONDERA.

GR. GRANUM 1.	=	GUTTA sæpe æqualis grano.
Θ. SCRUPULUS 20.	=	Grana 20.
ʒ. DRACHMA 60.	3.	Scrupuli 3. Dwintin.
ʒ. UNCIA 480.	24.	Drachmæ 8. Dubb. sed.
℔. LIBRA 5760.	280.	Unciae 12. Skålpond.
	96	Gr. Θ. 3 ʒ. ℔.
P. PUGILLUS	quod 3	digitis capitur. Drachma 1. Nypa.
M. MANIPULUS	quod manu-	Pugilli 4 s. Ʒ. Nafwa.
	comprehend.	
F. FASCICULUS	=	Manipuli 12. Dwast.
Ch. COCHLEARE	=	Uncia 1. Skedblad.
Q. MENSURA Quadrans		Libra 1. Quarter.

## GNATURÆ a nobis usitatae.

▽. AQUA destillata.

ㄣ. SPIRITUS.

○. OLEUM expressum.

◎. OLEUM coctum.

▢. OLEUM stillatum.

▢▢. OLEUM empyreumaticum.

⤒. TINCTURA.

⤓. PULVIS.

XX

Radi-

# TERMINI,

Radices V. APERIENTES majores.

*Apii, Petroselini, Fæniculi, Rusci, Asparagi*  
Radices V. APERIENTES minores.

*Rubiæ, Graminis, Ononidis, Eryngii, Capparidis.*

Herbæ V. EMOLLIENTES.

*Althææ, Mercurialis, Parietariæ, Brancæ unsi, Betæ.*

Herbæ V. CAPILLARES.

*Capill. vener, Scolopendræ, Ceterach, Trichomanis, Ruta murar.*

Flores IV. CORDIALES.

*Borraginis, Buglossæ, Rosæ, Violæ.*

Semina IV. CALIDA majora.

*Carvi, Cymimi, Anisi, Fæniculi.*

Semina IV. CALIDA minora.

*Ammi ver., Amomi ver., Apii, Dauci sylti*

Semina IV. FRIGIDA majora.

*Cucurbitæ, Citrulli, Melonis, Cucumeris.*

Semina IV. FRIGIDA minora.

*Lactucæ, Cichorei, Endiviæ, Portulacæ.*

Semina IV. ex quibus FARINÆ IV. resolventes.

*sabæ, hordei, lupini, orobi. subsiliuntur  
femina foenu-greci, lentis, lini, secales,  
tritici.*

DO

# DOSES,

Agarici	-	3j.	Jalapæ Radix.	3ff.
Decoct.	-	3jv.	infus. v. 3ij. □.	3j.
Extract.	-	3ij.	Essentia	3v.
Aloës Substantia	-	3j.	Resina	3ff.
Extractum	-	3ff.	Extract.	3j.
Afari gross. 3ij tenuiss. 3ff.	Ipecacuanh. Pulv.			3ij.
Extractum	-	3ff.	Decoctum	3jv.
Fol. subst. nvj. inf. nvij.	Ireos Rad. Succ.			3j.
Bryoniæ Rad. 3ij Decoct. 3j.	Juglandis ament.			Grjv.
Carthami Semina	-	3j.	Mannæ	3ff.
Cassiæ Pulpa	-	3j.	Mechoacan. Rad.	3ff.
Colocynthis Extract	Grjv.		Myrobalan. subst.	3j.
Croci Substant.	-	3j.	Decoct.	3ij.
Tinctur.	-	3ff.	Opopanax.	3ff.
Extract.	-	3ff.	Opium crudum	Grj.
Cucum. asinini. Rad.	-	3j.	Extract.	Gr.v.
Elaterii Extract.	-	3j.	Tinctura	3ff.
Resina	Gr.ij.		Laud. liqv.	3ff.
Ebuli Cortex	-	3j.	Papaver. Diacodium.	3j.
Semina	-	3j.	Rhæadis Tinct.	3ij.
Eulæ Cortex	-	Grjv.	Polypodium	3ff.
Euphorbium	-	Grjv.	Rhabarb. Radix	3j.
Fumariæ Succus.	-	3j.	Essentia	3j.
Gnidii Grana	-	Grjv.	Extract.	3j.
Gratiolæ Pulvis	-	3ij.	Ricini Semina	Grjv.
Succ. insp.	3ff.		Rofarum solut. syrup.	3ff.
Guttæ Gum.	-	Grxvj.	Sagapenum	3ff.
Sulphurat.	Grvj.		Scammon. crud.	Gr.vij.
Hellebor. nigr. Rad.	-	3j.	Diacrid.	3ff.
Decoct.	-	3ijj.		3ff.
Extract.	-	3ff.	Resina.	3j.
Hermodactylus	-	3ij.	Senna Substant.	3ff.
			Decoct.	Ex-
		( ) ( 2		

# D O S E S.

<i>Extract.</i>	-	3ij.	Confect. Hamech.	3jv.
<i>Soldanella subst.</i>	-	3j.	<i>Elect.</i> Lenitiv.	3j.
<i>Spinæ cervin. Bacc.</i>	-	3ij.	Diaphœn.	3jv.
<i>Syrup.</i>	-	3j.	<i>Extr.</i> Panchym.	3g.
<i>Tabaci Extract.</i>	-	Griij.	<i>Pil.</i> Cochiæ	3g.
<i>Tamarind. pulp.</i>	-	3jv.	<i>Pulv.</i> Cornach.	3j.
<i>Decoct.</i>	-	3iii.	<i>Syr.</i> Cichor. c. rheo.	3j.
<i>Turbit</i>	-	3j.	<i>Troch.</i> Alhand.	Grjv.

SIM-

# SIMPLICIA.

RADICES primo vere eradicandæ, antequam folia germinant, confundendæ in taleos, siccandæ in umbra

LIGNA colligenda tempore hyemali, findenda mox.

STIPITES dicuntur rami arborum, qui colligendi tempore vernali, dum folia incipiunt erumpere.

TURIONES sunt novelli caules, vel rami, qui nondum folia protulere, colligendi antequam indurescant.

CORTICES tempore vernali desumendi, dum facillime a ligno secedunt aut hyeme.

HERBAE colligendæ quando incipient florere; mox exsiccandæ in umbra suspenſæ.

FOLIA legenda postquam diffloruit, sed antequam semina maturavit planta.

FLORES colligendi quamprimum dehiscere incipiunt, ante casum pollinis antherarum.

*Depurgati* flores desumuntur absque calyce & pistillo, sola Corolla servata.

ANTHERÆ colligendæ antequam pollinem dimittant.

FRUCTUS legendi dum pericarpia sponte se ferre incipient.

SEMINA colligenda dum sponte a planta secedant. Semina valent quamdiu aquæ immissa fundum pertinent; natantia vero rejicienda, paucissimis exceptis.

SUCCI sua sponte vel arte adjuti exstillant.

GUMMI solvitur  $\nabla$ , non  $\bigcirc$ ;  
igne & liquefcit aut flagrat.

RESINA solvitur  $\bigcirc$ , non  $\nabla$ ;  
igne & liquefcit & flagrat.

GUMMI-RESINA solvitur +, partim  $\nabla$ , partim  $\bigcirc$ . EXPRESSI-SUCCI, lento igne inspissentur, antequam asservantur.

# PRÆPARATA.

**AQUA.** Plantæ (absque prævia fermentatione) cum Aqua fontana destillantur e vesica cuprea per alembicum stanno obductum.

**SPIRITUS.** plantæ uti Aqua destillantur.

**FERMENTATUS.** Plantis contusis affundatur parum aquæ calentis, addito fermento; stent in vase patulo loco calido, ad iustum fermentationem, destillentur.

**VINOSI.** destillentur ut prius, vino loco aquæ, absque fermentatione.

**SPIRITU VINI** forti fiat destillatio, uti vinosi, qui ex plantis aromaticis fiunt.

**OLEUM** in Officinis quadruplex asservatur.

**STILLATITIUM.** Plantæ subsiccæ macerantur in aqua per triduum, addito parum salis, destillantur more aquæ e vesica ad  $\frac{1}{3}$  repleta, oleum dein supernatans separetur.

Vel ex spiritu fermentato, aqua debilitato, sumatur.

**EMPYREMATICUM.** Plantæ resinosæ destillantur per Retortam siue per descensum.

**COCTUM.** Herbæ macerantur in oleo expresso (olivarum), dein coquatur lente ad humidi consumtionem, exprimatur, coletur,

**EXPRESSUM.** Semina contusa, calefacta in sartagine, agitata ne ustulentur, excepta sacculo lineo, submissa prælo calido exprimantur.

**SAL. CINERES.** Plantæ recentes in Sartagine, lamina ferrea tecta, lente comburantur ad perfectos cineres.

**FIXUM.** Cineres extrahantur aqua fontana, aqua decantetur, filtretur, evaporetur ad siccitatem, parum calcinetur, solvatur aqua, coquatur ad pelliculam, crystallisetur.

**ESSENTIALE.** Succus herbæ recentis filtretur, in vitro lente evaporetur ad  $\frac{1}{3}$  residuum, reponatur in olla, tectum oleo expresso, stet per octo menses, sal crystallisatum separetur, cito aqua frigida abluatur & leniter exsiccatur.

## PRÆPARATA.

**TINCTURA AQUOSA.** Speciebus siccis cum sale affundatur aqua tepida, digerantur in loco tepido, extrahet aqua colorem, saporem; decantetur.

**SPIRITUOSA.** Speciebus siccis affundatur Spiritus vini, stent in loco tepido, vase clauso, extrahet colorem, saporem, odorem; decantetur, filtretur.

**ESSENTIA** est Tinctura spirituosa magis saturata & minus pellucida.

**ELIXIRIUM.** Essentia maxime saturata ex variis diversis mixtis; hinc maxime opaca.

**EXTRACTUM AQUOSUM.** Tinctura aquosa plantæ evaporetur ad consistentiam.

**SPIRITUOSUM.** Tinctura spirituosa evaporetur ad consistentiam.

**AQUOSO-SPIRITUOSUM.** Plantæ siccæ digerantur in Spiritu vini, exprimatur, filtretur, servetur *Tinctura Spirituosa*. Residuum aqua fontana digeratur, coquatur, filtretur, expressum aquosum albumine clarificetur, servetur *Tinctura Aquosa*. Mixta Tinctura aquosa & spirituosa, lento igne evaporetur ad consistentiam.

**SYRUPUS.** Plantarum succo aut infuso  $\frac{v}{2}x$ , adde Sacchari albi  $\frac{v}{2}x$ , f. unica ebullitione Syrupus.

**ROB.** Baccharum succi depurati  $\frac{v}{2}j$ , Sacchari  $\frac{v}{2}j$ , coque in vase figulino ad mellis consistentiam.

**CONSERVA.** Plantis recentibus incisis, adde Sacchari albi duplum, contuso probe in mortario marmoreo, servetur in vitro.

**CONDITUM.** Radix f. Fructus carnosus, maceratur tribus diebus, aqua quotidie renovata, coque in aqua, cocta, aqua frigida abluatur, affunde Saccharum ad consistentiam Syrupi coctum.

**CONFECTIO.** Semina integra immittantur aheno confeccorio, super ignem collocato, affunde Sacchari clarificati cochlearia, moveatur supra ignem continuo.

Præparatio hæcce committitur plerumque Sacchari confectionibus,

# COMPOSITA.

PULVIS.	Herbæ siccæ comminutæ in farinam cibratam.	Pulſver.
ALCOHOL	est Pulvis subtilissimus.	Mjöl.
SIEF.	Pulvis pro oculis.	Dgonyulf.
DENTIFRICIUM.	Pulvis pro dentibus.	Landpulſiv.
SUFFITUS.	Pulvis grossus spargendus supra prunas pro funo.	Nekpulſiv.
SPECIES.	Plantæ siccæ minutim concisæ.	Krydder.
SACCULUS.	Species & Pulveres fragrantes, siccæ, mixtæ, in Sacculo applicatæ.	Husvudm.
Cucupha.	Sacculus pro capite.	
EMPLASTRUM.	Massa in Magdaleones cylindricos for- mata, consistentia in frigido solida, in calido li- quescente, linteo inducenda, cuti tenaciter ad- hærens, composita ex Cera, Sebo, Resinis, - O- leis, Pulveribus.	Pläster.
UNGVENTUM.	Emplastrum mellis consistentia, Salfwa, pingve, calore liqueficans, non fenaciter adhærens.	
LINIMENTUM.	Unguentum olei consistentia.	Smörja.
	Collyrium Linimentum pro oculis.	
CATAPLASMA.	Puls cocta ex speciebus & pulveribus	Grot.
	in liquore, externe applicanda.	
BOLUS.	Massa consistentia pultis densioris ex Pulveribus,	Betta.
	Syrupo aut Rob.	
ELECTUARIUM.	Massa consistentia conservæ, ex spe- ciebus, f. Pulveribus, Syrupis.	
PILULA.	Massa emplastri consistentia, redacta in globu- los, ut integri deglutiantur.	Piller.
SUPPOSITORIUM.	Massa pilularis digitæ figura,	Stolpiller.
	Recto introducenda.	
PESSUS.	Suppositorium pro vagina uteri.	Moderpill.
TROCHISCUS.	Pasta orbicularis signata ex pulvere &	Kaka.
	mucilagine, in umbra siccata.	
MORSULUS.	Placenta rigida ex pulveribus, & saccharo	Morsell.
	ad consistentiam tabulati cocto, effusa supra laminam.	
ROTULA.	Morsula subrotunda, (Succo sæpe im- prægnata), effusa supra laminam in orbiculos.	
EXPRESSIO.	Succus expressus ex Plantis tenellis succo-	Saft.
	sis vernalibus, frigide propinandus.	
EMULSIO.	Lac paratum per contusionem ex Cotyledonibus	Mjölk.
	cum aqua, modica expressione.	
GUTTULA.	Liquores spirituosi, guttatim propinandi,	Droppar,

# C O M P O S I T A.

HÄUSTUS. Potus ex variis aquis mixtis.	Dryc.
JULEPUS Haustus ex aquis, Syruo & acido.	Julep.
MIXTURA. Haustus ex aquis, Pulveribus & Saccharato.	Mistur.
INFUSUM. Species aquæ fervidæ inditæ, ut calida aqua Krydd. Thé absque ebullitione proprietatem extrahat.	
DECOCTUM. Species aqua aut vino coctæ, ut liquor Dekott. ebulliens extrahat proprietates.	
GARGARISMA. Decoctum aut haustus pro collutione faucium.	Gurgelwat.
ENEMA. Decoctum tepide injiciendum cavitati mediante Syringa.	Insprutn.
<i>Clysmæ</i> est enema per anum injiciendum.	Elystir.
EPITHEMA. Decoctum corpore bibulo applicandum calide.	
BALNEUM. Decoctum calidum cum Herbis, pro corporis humectatione externa.	Bad.
SEMICUPIUM. Balneum pro partibus pectore inferioribus.	Halfbad.
PEDILUVIUM. Semicupium pro pedibus.	Fotbad.
VAPOR. Halitus balnei ex olla per sellam perforatam.	Dammbad.

# V I R E S.

Qualitates s. Principia Vegetabilium vim & actionem suam exerunt in corporis humani vel *Liquida*, vel *Solida*, vel ex Solidis Liquidisque composita *Viscera*.

**LIQUIDA** vel evacuando vel alterando.

**SOLIDA** vel in fibras Nerveas vel Musculares agendo.

**SOLIDO-LIQUIDA** vel Internis vel Externis medendo.

	<i>Classes.</i>	<i>Ordines.</i>
MEDICAMENTA agunt vel in	<div style="display: flex; justify-content: space-between;"> <div style="width: 45%;"> <p><b>Liquida</b></p> <p>EVACUATORIA, e corpore exterminantia.</p> <p>ALTERANTIA. massam sanguineam e- mendantia.</p> <p>NERVINA. in nervos agentia.</p> <p>MUSCULARIA. in musculosas fibras a- gentia.</p> <p>VISCERALIA. viscera potentia.</p> <p>TOPICA. externe applicabilia.</p> </div> <div style="width: 45%;"> <p>Purgantia. Borboryginica. Pellentia. Pituitosa.</p> <p>Discrasiva. Diathetica.</p> <p>Orgastica. Convulsiva. Excitantia. Stupefacientia. Phantaistica.</p> <p>Relaxantia. Corroborantia. Corrodentia.</p> <p>Spirituosa. Biliosa. Mucaginosa. Venerea.</p> <p>Consolidantia. Discutientia. Arcentia.</p> </div> </div>	
	Solida	
	Solido-Liquidata.	

*Clas-*

## Classis I.

### E V A C U A N T I A

#### I. PURGANTIA.

evacuantia liquida intra tubum intestinalem contenta.

1. EMETICA. *Vomitoria* 97.  
evacuant ventriculum per Oesophagum.
2. DRASTICA. 31.  
evacuant intestina & ventriculum per anum violen-  
tissime.
3. CATHARTICA. *Purgantia* 71.  
evacuant intestina per anum moderate.
4. ECCOPROTICA. 32. *Laxativa*, *Laxantia*.  
evacuant intestina per anum debilissime;

#### II. BORBORYGMICA.

evacuantia fatus intra tubum intestinalem contentos.

5. FLATULENTIA. 46.  
Flatibus abdomen distendunt.
6. RUCTATORIA 77.  
Fatus per Oesophagum expellunt.
7. CARMINATIVA 18.  
Fatus per anum expellunt,

#### III. PELLENTIA. 68.

evacuantia in Vasis contenta per truncum.

8. DIAPHORETICA 28. *Perspirantia*.  
expellunt per Transpirationem.
9. SUDORIFERA. 89.  
expellunt per Sudorem.
10. DIURETICA 30.  
expellant Urinam.
11. EMMENAGOGA 35.  
expellunt Menstrua.
12. ABORTIVA 1.  
expellunt Fœtum.

#### IV. PITUITOSA.

evacuantia secreta per caput.

13. ERRHINA 37. *Ptarmica* 70.  
Mucum e naribus elicunt.
14. SIALAGOGA 39. *Apophlegmatisantia*; *Masticatoria*.  
Salivam ex Faucibus & ore elicunt.
15. EXPECTORANTIA 41.  
Screatum e Bronchiis elicunt.

## *Classis II.*

### ALTERANTIA.

#### I. DISCRASIACA.

alterantia humorum qualitatem acidam aut alcalinam

##### 16. ANTIHLOGISTICA.

Putrescentiam aquoso diluunt.

##### 17. REFRIGERANTIA 72.

Putredinem acido emendant.

##### 18. BALSAMICA 14. *Abstergentia.*

Putredini amaro resistunt.

##### 19 ANTACIDA. 8.

Acido amaritie resistunt.

##### 20 ABSORBENTIA 2.

Acidum absorbendo infringunt.

#### II. DIATHETICA.

alterantia humorum Consistentiam & Miscelam,

##### 21. RESOLVENTIA 75.

Densa attenuant.

##### 22. INCIDENTIA. *Attenuantia.*

Viscida attenuant.

##### 23. MUNDIFICANTIA 62. *Diluentia* 29 *Aperientia* Impura lavant.

##### 24. EDULCORANTIA 75.

Acria edulcorant.

##### 25. DEMULCENTIA. 27. *Temperantia.* Acria frangunt.

##### 26. OBTUNDENTIA 66.

Acria involvunt.

##### 27. LUBRICANTIA 59. *Mucilaginosa.* Acria inviscant.

##### 28. INSPISSANTIA 55. Tenuia combinant.

### *Classis III.*

## NERVINA.

### 1. ORGASTICA.

augentia Functiones vitales.

29. ALEXITERIA 4.  
Halitum fragrantem reddunt.
30. STIMULANTIA 85.  
Secretiones incitant.
31. CALEFACIENTIA 16.  
Calorem adaugent.
32. NUTRIENTIA 65. *Alimentosa.*  
Corpus restaurant.
33. ANALEPTICA 6.  
Vires inflant.

### 2. CONVULSIVA.

caussantia nervorum convulsiones.

34. TUSSICULOSA. 100  
Pulmones convellunt.
35. SINGULTUOSA. 100.  
Cardiam convellunt.
36. STERNUTATORIA. 84.  
Diaphragma convellunt.

### 3. EXCITANTIA.

mutantia Mentem.

37. EXHILARANTIA. 40.  
Animum addunt.
38. INEBRIANTIA. 53. *Fatuantia, Temulentia, Phantastica.*  
Judicium confundunt.

### 4. STUPEFACIENTIA.

Suffocantia oscillationem.

39. PAREGORICA 67.  
Orgasnum sedant,
40. ANODYNA 7. *Antispasmodica.*  
Dolorem mitigan.
41. NARCOTICA 63.  
Mentem stupefaciunt.
42. HYPNOTICA 51. *Soporifera.*  
Soporem inducunt.

Clas-

## *Classis IV.*

### MUSCULARIA.

#### 1. RELAXANTIA.

Laxantia tonum Fibræ musculosæ.

##### 43. HUMECTANTIA 50.

aquoſo relaxant.

##### 44. EMOLlientIA 36.

oleoſo relaxant.

##### 45. IMPINGUANTIA 52.

chyloſo relaxant.

#### 2. CORROBORANTIA.

Firmantia tonum Fibræ musculosæ.

##### 46. EXSICCANTIA 43.

Siccando corroborant.

##### 47. TONICA. 94. Corroboraṇtia 24.

aniaro firmant.

##### 48. ADSTRINGENTIA 3. Coriaria 23.

Styptico deſtant.

##### 49. SOPHISTICANTIA 80.

Genitalia adſtrinquent.

#### 3. CORRODENTIA.

##### 50. ABSTERGENTIA. Saponacea 78.

gluten fibrarum abſtergunt.

##### 51. COSMETICA 26.

Superficiem fibrarum abradunt.

##### 52. SEPTICA. Inflammatoria. 54. Caustica.

Fibras inflammant.

##### 53. VESICATORIA 95. Excoriantia 39. Exurentia, Exulcerantia.

Corroſiva 25.

Fibras corrodunt.

Clas-

*Classis V.*

VISCERALIA.

1. SPIRITUOSA.

Nervos excitantia.

44. CEPHALICA 20. *Nervina* 64.

Caput confortant.

55. CARDIACA 17. *Cordialia*.

Cor corroborant.

2. BILIOSA.

Bilem augentia.

56. HEPATICA 49.

Hepar petunt, bilem generant.

57. SPLENICA 82.

Splenem petunt? corroborant,

58. STOMACHICA 86.

Orexin excitant.

3. MUCAGINOSA.

Pulmones corroborantia lubricantiaque,

59. BECCHICA 15. *Thoracia*.

Muco aceriusculo pulmoni dicata.

4. VENEREA.

Genituræ faventia.

60. APHRODISIACA 12.

Venerem excitant.

61. UTERINA 98.

Fœtui favent.

62. LACTIFERA 56. *Galactophora*.

Lac adaugent.

Clas-

# *Classis VI.*

## TOPICA.

### 1. CONSOLIDANTIA.

Solutionem continui medicantia.

63. VULNERARIA 99. *Consolidantia.*  
Consolidant vulnera.

64. GLUTINANTIA. 48.  
Conglutinant citius vulnera.

65. MATURANTIA 60 104.  
Pus movent.

66. DIGERENTIA. 104. *Digestiva.*  
Pus maturant.

67. SARCOTICA  
Carnem, peregrina auferendo, generant?

68. CATHÆRETICA  
Hypersarcosin auferunt.

69. CICATRISANTIA. *Epulotica?*  
ulcera consolidata siccant.

70. SISTENTIA. *Ischæma.*  
Sanguinem fistunt.

### 2. DISCUTIENTIA.

Humores retundentia.

71. REPELLENTIA. 74.  
Materiem amandant.

72. LACTIFUGA 57.  
Lac minuunt.

73. STERILITANTIA. 83.  
Imprægnationem præpediunt.

### 3. ARCENTIA.

Animaleculis noxia.

74. ANTHELMINTICA. 9.  
Vermes enecant.

75. EXANTHEMATICA. 102. *Besoartica.*  
Acaros expellunt.

76. PHTHIRIACA. 101.  
Pediculos occidunt.

## CLASS. I.

## CLASSIS I.

## MONANDRIA

## MONOGYNIA.

1. AMOMUM scapo radicato, spica ovata. *Hort. cliff.*  
*Fl. Zeyl. 3. Hort. Ups. 1.*

INSTI. *Rheed. mal. 11. p. 21. t. 12.*

LOCUS: INDIA orientalis nunc JAMAICA. Perennis, fera.

PHARM: ZINGIBERIS COMMUNIS Radix 3j  
*condita cum vel sine Brodio.*

ALBI Radix 3j, optima,  
*condita cum vel sine Brodio.*

QUALITAS: fervida, acris, aromatica, subfragrans. *Culinaris.*

VIS: calefaciens, (recens eccoprotica), Stomachica, stimulans.

USUS: Colica, Diarrhea, Hysteria.

COMPOSITA: Andromach. Mithridat. Diascord. Benedict. Hamech.  
*Diasatyrium. Alhandal. troth. Agaric.*

2. AMOMUM scapo bracteis alternis laxis caule breviore. *Fl. Zeyl. 4.*

ELETTARI 2. *Rheed. mal. 11. p. 9. t. 6.*

LOCUS: Malabaria, Zeylona. Perenn. Peregr.

PHARM. CARDAMOMI MINORIS (*fructus non exorticatus, exorticatus*, Semina, &c.)

QUALIT: fragrans, acris, fervida, aromatica, *Culinaris.*

VIS: stimulans, calefaciens, nervina, pellens, aphrodisiaca.

USUS: Anorexia, Morosis.

COMPOS: Andromach. Mithridat. Benedict. Diasatyr.  $\nabla$  Theriacal;

2 MONANDRIA. MONOGYNIA.

3. AMOMUM caule ramoso.

GRANA PARADISI officin. Bauh. pin. 413. Raj. hist  
1205. Barbara.

LOCUS: Magdagascar, Gvinea, Zeylona.

Perennis, Peregrina.

PHARM: PARADISI GRANI Semina.

QUALIT: præcedentis 2, sed acerrima.

Rarior

VIS: stimulans, calefaciens.

USUS: Paralysis.

COMP:

4. COSTUS. Hort. Cliff. 2. Fl. Zeyl. 5. Hort. Upsal. 2.

TSIANA-KUA, Rheed. mal. 11. p. 15. t. 8.

LOCUS: Malabaria, Zeylona, Brasilia, Surinama.

Perennis, fera.

PHARM: COSTI DULSIS Radix 3ʒ.

ARABICI Radix 3ʒ

QUAL: calida, acris, amaricans, fragrans.

Rarior.

VIS: stimulans, calefaciens, diaphoretica, emmenagogia, diuretica  
urina violacea.

USUS:

COMP: Andromach. Mithridat. Philon. Orvietan.

5. CURCUMA foliis lanceolatis utrinque acuminate: nervis lateralibus numerosissimis. Roy. lugdb.  
12. Fl. Zeyl. 7.

MANJELLA-KUA. Rheed. mal. 11. p. 21. t. 11.

Loc: Amboina, Malabaria, Zeylona.

Perennis, peregrina.

PHARM: CURCUMÆ Radix 3j.

QUAL: amara, luteo-tinctoria, cibaria Indis.

Rarior.

VIS: resolvens, pellens, emmenagogia: urinæ tinctoria.

USUS: Jeterus! Cachexia, Hydrops.

COMP:

6. KÆM-

4. Costum Dulcem & Arabicum ex eadem planta desumi plurimi statuunt,  
eamque plantam officinalem cum nostra eandem esse verosimile est.

6. KÆMPFERIA foliis ovatis sessilibus. *Fl. Zeyl.* 8.

*Hort. Cliff.* 2. t. 1. *Hort. Ups.* 2. an?

WANHOM. *Kæmpf.* amœn. 901. t. 902. an?

Loc: India Orientalis, Philippinæ. *Perennis, fera.*

PHARM: GALANGÆ MAJORIS Radix (*Ingratiator intus pallida*).

MINORIS Radix (*fortior, intus ruffa*)

QUAL: acris, aromatica, fragrans, amaricants, pungens *magis Zingiberi*. *Præstans.*

VIS: calefaciens, stimulans, stomachica, emmenagogia.

USUS: Singultus! Vertigo! Vomitus marinus, Colica Lochialis.

COMP: Orvietanum, Aqva vitæ Matth. Pulvis nasalis.

7. KÆMPFERIA foliis lanceolatis petiolatis. *Fl. Zeyl.* 9.

MALAN-KUA. *Rheed. mal.* 11. p. 17. t. 9.

LOCUS: Zeylona, Malabaria. *Perennis, peregrina.*

PHARM: ZEDOARIAE LONGÆ Radix, *Essent.*

▽, ▷, ♂, Semina.

QUAL: subacris, aromatica, debile fragrans. *Frequens, præstans.*

VIS: stimulans, calefaciens, nervina, stomachica, sudorifera.

USUS: Hysteria, Asthma, Nausea!

COMP: Philonium. acet. Theriacal: ▽. Prophylactica Aqua vitæ.

8. SALICORNIA articulis apice crassioribus obusis.

SALICORNIA herbacea: *Fl. Sv.* 1. *Kali geniculatum C.B.*

Loc: Africa, Europa; Svecia rarius. *Annua, maritima, mansueta.*

PHARM. ALCALI (SODA) Sal.

QUAL: falsa, acris. *Rarior.*

VIS: stimulans, diuretica, emenagogia. (*sal alcali fixum corrosivum.*)

USUS: Scabies, Abscessus, Scelotyrbe, Hypersarcosis.

COMP: Sapo venetus, sal Seignette, Fel vitri.

A 2

CLAS-

6. Kæmpferiam hanc cum Galanga eandem esse ex Scriptis Botanicorum, modo non hallucinatio in Synonymis, concludimus; sed inquirant accurati peregrinatores. Magni Usus est hæc radix in India patria.

7. Ex hac planta Zedoarie rotundæ radix itidem colligi vulgo statuitur. Sed hæc in nostris officinis non prostat.

8. Sal alcali e variis plantis inaritimis falsisque conficiunt varii, uti ex *Membryanthemo* Ægypti; *Chenopodio Hispani*; *Salsola Angli*; *Salicornia Itali* &c. quæ eundem fere Usus præstant. Nostratis nulla aptior in hunc Usum planta, quam dicta, quæ in Australi Europa fere frutescit, apud nos vero annua est.



# DIANDRIA

## MONOGYNIA.

9. JASMINUM. foliis oppositis pinnatis *Hort. cliff.*  
*5. Hort. Ups. 5.*

JASMINUM vulgatius flore albo. *Baub. pin. 397.*

LOCUS: Malabaria. *Arbusula, mansueta.*

PHARM. JASMINI (*Florum*) ○

QUAL: suaveolens.

Externa.

VIS: uterina.

USUS: Dystocia.

COMP: Pulvis Cyprius, Odoraminta.

10. OLEA foliis lanceolatis, ramis teretiusculis. *Hort. cliff. 4.*

OLEA sativa. *Baub. pin. 472.*

Loc: Hispania, Gallia, Italia, (cœlo temperato)  
*Arbor mansueta, sterilis.*

PHARM: OLIVÆ (*fructus*) conditæ, ○

QUAL: ○ pingue, blandum, insipidum, inodorum; *Condit. Austeræ.*  
*Culinaris.*

VIS: ○ obtundens, emolliens. *Condit. tonica, stomachica.*

USUS: Morbi dolorifici, Colica, Rheumatismus, Tenesmus, Tussis.

COMP:

11. VERONICA spicis pedunculatis lateralibus, caule procumbente.

VERONICA mas supina & vulgatissima. *Baub. pin.*

252. quæ Fl. Suec. 8.

Loc: Europæ nostræ sylvæ aridæ. *Perennis, vulgaris.*

PHARM. VERONICÆ Herba; Conserva, Syrupus,  
*Aqua.*

QUAL: stiptica. *Triticæ.*

VIS: adstringens, vulneraria, tonica.

USUS: Cachexia.

COMP:

12. VE-

9. Hiflores succedanei sunt *Nyctanthis*, cuunque nec Jasmini flores ex hortis nostris sufficient, ab Australiori Europa petuntur; & ubi hi deficiunt, *Philadelphia* flores sumantur.

DIANDRIA. MONOGYNIA.

5

12. VERONICA racemis lateralibus, foliis ovatis planis, caule repente. *Fl. Svec.* 11.

ANAGALLIS aquatica major (& minor), folio subrotundo. *Baub. pin.* 252.

LOCUS: Europæ scaturigines. *Perennis, frequens.*

PHARM. BECCABUNGÆ Herba, Conserva, Aqua.

QUAL. subinsipida, inodora. *Stahliana.*

VIS: Diuretica? Discutiens?

USUS: Scorbutus,

COMP:

13. SALVIA foliis lanceolato-ovatis crenulatis, floribus spicatis, calycibus acutis. *Hort. cliff.* 12. *Hort. Ups.* 10.

SALVIA major. *Baub. pin.* 237.

Loc: Italia, Narbona. *Perennis, olitoria, cicur.*

PHARM: SALVIÆ Herba,  $\nabla$ ,  $\square$ ,  $\circ\circ$ ; Flores, Semina.

QUAL: fragrans, amara. *Frequens, prestans.*

VIS: adstringens, tonica, nervina, stomachica.

USUS: Timor, Langvor: Leuchorrhœa, Senectus.

COMP:  $\ddot{\sigma}$  sternutorius viridis.

14. SALVIA foliis obtufis crenatis, bracteis summiis majoribus coloratis. *Virid. Cliff.* 4.

HORMINUM sativum. *Baub. pin.* 238.

Loc: Apulia, Græcia. *Perennis, cicur.*

PHARM: HORMINI Semina.

QUAL: fragrans, amaricans. *Rarior, externa.*

VIS: mucilaginosa.

USUS: Ophthalmia,

COMP:

15. **SALVIA** foliis rugosis oblongo - cordatis serratis: floralibus calyce longioribus. *Hort. Ups. 10.*  
**HORMINUM** Sclarea dictum. *Baub. pin. 208.*  
**LOCUS:** Syria. *Biennis, olitoria, mansueta.*  
**PHARM:** **SCLAREÆ (GALLITRICHI)** Herba.  
**QUAL:** fragrans. *Rarior*  
**VIS:** fortior Salviâ 13, stimulans, exhilarans, sternutatoria, resolvens.  
**USUS:** Leucorrhœa, Hysteria, Colica,  
**COMP:**

16. **ROSMARINUS.** *Hort. cliff. 14. Hort. Ups. 11.*  
**ROSMARINUS** hortensis angustiore, seu spontaneus latiore folio. *Baub. pin. 217.*  
**Loc:** Narbona, Hispania, Galilæa. *Frutex, mansv.*  
**PHARM:** **RORIS MARINI HORTENSIS** Herba,  
▽, ○; Semina. **HISPANICI** Herba.  
**ANTHOS** Flores, Conserva, ▲ (aqua Reg.  
Hung.).  
**QUAL:** fragrans. *Ustata, Heroica.*  
**VIS:** excitans, nervina, tonica, resolvens.  
**USUS:** Syncope, Asthma, Hysteria, Apoplexia, Tertiana,  
**COMP:** Mel anthosatum.

17. **VERBENA** (tetrandra), spicis filiformibus, foliis multifido-laciniatis. *Hort. Cliffort. II. Fl. Svec. 26.*  
**Loc:** Europa, nostraque Scania. *Annua. cicur.*  
**PHARM:** **VERBENÆ** Herba, ▽.  
**QUAL:** subinsipida, inodora. *Dubia, exoleta.*  
**VIS:** adstringens, vulneraria.  
**USUS:** Ophthalmia? Magia?  
**COMP:**

18. GRATIOLA floribus pedunculatis, foliis lanceolatis ferratis.

GRATIOLA centauroides. Baub. pin. 279.

LOCUS: Gallia, Europa australior. Perennis, palustris, mansuetæ.

PHARM: GRATIOLÆ Herba 3j.

QUAL: amara.

*Eximia, cauta.*

VIS: purgans, vomitoria, emmenagogæ, anthelmintica.

USUS: Dyfenteria, Hydrocephalus.

COMP: Enemata.

## TRIGYNIA.

19. PIPER foliis ovatis subseptinerviis glabris, petiolis simplicissimis Fl. Zeyl. 26.

MOLAGO-CODI. Rheed. mal. 7. p. 23. t. 12.

Loc: India Orientalis. *Frutex, peregrinus.*

PHARM: PIPERIS NIGRI Fructus, ♂, ♀  
ALBI Fructus.

QUAL: fervida, acris, *Culinaris.*

VIS: calefaciens, stimulans, stomachica, singultuosa, sternutatoria.

USUS: Tertiana, Conceptio, Odontalgia, Procidentia, Pediculi.

COMP: Andromach, Mithridat, Diaphœnic, El, bacç. lauri.

20. PIPER foliis cordatis petiolatis sessilibusque, Fl. Zeyl. 30.

CATTU-TIRPALI. Rheed. mal. 7. p. 27. t. 14.

Loc: India orientalis. *Frutex, peregrinus.*

PHARM: PIPERIS LONGI Fructus.

QUAL: fervida, acris.

VIS: calefaciens, stimulans, stomachica, singultuosa.

USUS: Flatulentia,

COMP:



## CLASSIS III.

# TRIANDRIA.

## MONOGYNIA

21. VALERIANA floribus triandris, foliis omnibus pinnatis. *Fl. suec. 30.*

VALERIANA sylvestris major. *Baub. pin. 164.*

Loc: Europæ prata paludosa. *Perennis, vulgaris.*

PHARM. VALERIANÆ MINORIS Radix 3ij.

QUAL: Suaveolenti - graveolens, amara. *Præstans,*

VIS: narcotica, sudorifera, diuretica, purgans.

USUS: Epilepsia, Hysteria, Hæmoptysis.

COMP:

22. VALERIANA floribus triandris, foliis caulinis pinnatis, radicalibus indivisis. *Hort. upf. 13.*

VALERIANA hortensis. *Baub. pin. 164.*

Loc: Alsatia. *Perennis, cicur.*

PHARM: PHU. (VALERIANÆ MAJORIS) Radix, Herba.

QUAL: Antecedentis.

*Exfoletæ.*

VIS: Antecedentis.

USUS: Antecedentis.

COMP. Andromach. Mithridatum.

23. VALERIANA floribus triandris, foliis ovato-oblongis obtusis integerrimis.

NARDUS Celtica dioscoridis. *Baub. pin. 165.*

Loc: Helvetiæ, Styriæ, Liguriæ, Genuæ Alpes. *Perennis, peregrina.*

PHARM: SPICÆ CELTICÆ Radix, Flores.

QUAL: fragrans, acris, aromatica (plantæ fere emarcidæ). *Rarior.*

VIS: diuretica, anthelmintica.

USUS:

COMP. Andromach. Mithridat. *Empl. Meliloti.*

4. IRIS corollis barbatis, caule foliis longiore multi-floro. Hort. cliff. 18. Hort. upf. 16.

IRIS vulgaris germanica s. sylvestris. Baub. pin. 30.

Loc: Germaniae, Galliae clivosa. Cicur.

PHARM. IREOS NOSTRATIS Radix, Fæculæ.

QUAL: acris. Heroica.

VIS: diuretica! emmenagoga, errhina.

USUS: Hydrops! Oedema.

COMP:

β Varietas antecedentis ( auctoritate J. Baubin.  
Raji. Godofredi.)

IRIS alba florentina. Baub. pin. 31.

Loc: Italia. Perennis, mansueta.

PHARM: IREOS FLORENTINÆ Radix.

QUAL: fragrans. Frequens.

VIS: expectorans, errhina, beccchia, eccoprotica,

USUS: Hydrops.

COMP: Andromach. Species DiaIreos. Troch: beccichi, ♂ ster-nutorius. Ungu. pomatum.

25. IRIS corollis imberibus, petalis interioribus stig-mate minoribus, foliis ensiformibus. Fl. Suec. 33.

ACORUS adulterinus. Baub. pin. 34.

Loc: Europæ nostræ paludes. Perennis, vulgatissima.

PHARM: ACORI PALUSTRIS Radix.

QUAL: insipida, substiptica. Rarior.

VIS: adstringens.

USUS: Scelotyrbe.

COMP: Elect. Diacori.

26. IRIS corollis imberibus, foliis tetragonis. Vir. Cliff. 6?

COLCHICUM radice siccata alba. Baub. pin. 69.

Loc: Syria. Perennis, mansueta.

PHARM: HERMODACTYLI Radix 3 ij.

QUAL: inodora, dulcescens, acris. Dubia.

VIS: purgans, mundificans.

USUS: Rheumatismus, Amaurosis.

COMP: Benedict. ♂ Artheticus, Extr. pauchymagog.

A 5

27. CRO-

26. Hermodactyli planta adhuc dubia est. Hanc IREOS speciem pro Hermodactylo habent Tournefortius & plurimi; alii vero COLCHICUM foliis undulatis patentibus. Hort. Cliff. 140.

27. CROCUS floribus fructui impositis: tubo longissimo. *Roy. lugdb.* 41. *Hort. Ups.* 15.

CROCUS sativus. *Baub. pin.* 65. Crocus alpinus autumnalis. *C. B.*

Loc: Helvetiae, Pyrenaeor. Lusitaniæ, Traciæ Alpes. *Perennis, cicur.*

PHARM: CROCI ORIENTALIS (stigma) 3ij. *Diss.*

BRITANNICI (stigma) pulvis 3ij.  
*Tinct. Diss., Extractum. gr. XV.*

QUAL: swaveolens, luteo-tinctoria, aromatica. *Culinaris, heroica.*

VIS: anodyna, exhilarans, resolvens, uterina, pellens, emmenagogue.

USUS: Ieterus, Dysmenyria, Vomitus.

COMP: Andromach. Mithridat. Philon. Benedict. Orvietan. Hiera, Confert. hyacint; ♂ Comitiss; Troch. Carabe; Laudan; Elix. propriet; Pil. ammon; Pil. ruffi. Pil. cynogloss; ♂ Scorp. mag. Ung. aureum. Empl. Oxyroc. Empl. melilot. Empl. galban. Empl. diachyl. compos.

28. TAMARINDUS. *Sloan. jam.* 147. *Hort. Cliff.* 18.

BALAM - PULLI. *Rheed. mal.* 1. p: 39. t. 23.

Loc: India utraque, Aegyptus, Arabia. *Arbor, fera.*

PHARM: TAMARINDI Fructus, Pulpa, 3iiij

QUAL: acidula. *Eximia.*

VIS: eccoprotica, refrigerans.

USUS: Febres phlogisticæ.

COMP: Elest. cathol. Elest. lenitiv: Conf. hamech.

29. CYPERUS culmo triquetro folioso, panicula foliosa supra-decomposita, pedunculis nudis, spiculis alternis. *Roy. lugdb.* 50.

CYPERUS odoratus, radice longa s. Cyperus officinalis. *Baub. pin.* 14. *Scheuch. hist.* 378.

Loc: Galliae, Italiæ paludes. *Perennis, mansueta.*

PHARM: CYPERI LONGI Radix

QUAL: fragrans, calida.

VIS: diuretica, emmenagogue.

USUS: Ulcera uteri, vesicæ, oris.

COMP:

30. CY-

- CYPERUS culmo triquetro subnudo, umbella decomposita, spiculis alternis linearibus. *Fl. Zeyl.* 36.  
 CYPERUS orientalis major. *Baub. pin.* 13. *theatr.* 208.  
 Loc: Ægyptus, Syria. *Perennis, peregrinus.*  
 PHARM: CYPERI ROTUNDI Radix.  
 QUAL: fragrans, calida. *Exoluta.*  
 VIS: antecedentis debilior.  
 USUS:  
 COMP: *Troch. capparidis; Empl. meliloti.*

## DIGYNIA.

- LAGURUS paniculæ spiculis conjugatis ovatis.  
*Fl. Zeyl.* 465.  
 GRAMEN Dactylon aromaticum, multiplici panicula, spicis brevibus tomento candidantibus ex eodem pediculo binis. *Pluk. alm.* 175. t. 190. f. 1.  
 Loc: Arabia. *Perennis, peregrinus.*  
 PHARM: SCHOENANTHI Herba.  
 QUAL: suaveolens, aromatica. *Exoluta.*  
 VIS: emmenagoga, carminativa.  
 USUS: Vomitus.  
 COMP: Andromach. Mithridat.
- LAGURUS paniculæ racemis supradecompositis proliferis. *Fl. Zeyl.* 45. an?
- CALAMUS odoratus matthioli. *Baub. pin.* 17?  
 Loc: Alexandria. *Perennis, peregrina, dubia.*  
 PHARM: SPICÆ (INDICÆ) NARDI Radix.  
 QUAL: suaveolens, fragrans, aromaticæ. *Eximia, insucta.*  
 VIS: alexiteria, cordialis, stomachica, anthelmintica.  
 USUS: Debilitas, Hæmorrhagia.  
 COMP:  $\ddagger$  diarhodon, Andromach, Mithridat, Philonium, Benedicta, *Hieræ* picra, *Trochis*, hedycroi, *Ung.* martiatum, *Ung.* nardinum.

## 33. SAC-

- Cyperus rotundus si idem cum Cypero orientali, radice olivari, spicis longis e spadiceo purpurascensibus. Scheuch. gram. 391. tum certo Synonymos est Cyperus Ceylanicus.
- SPICÆ NARDI planta etiamnum incognita est, mihi nulla similior visa, quam Calamus odoratus Matthioli.

33. SACCHARUM *Hort. cliff. 26. Hort. Ups. 19.*

*ARUNDO saccharifera Baub. pin. 18. Sloan. jam. 1. 108. t. 66.*

Loc: Indiæ utriusque, Canariar. inundata.

Perennis, fera

PHARM: SACCHARI canariense, candidum, album  
rubrum. Farinaceum, album, griseum. Penidi-  
um, Perlatum, Rubrum. Taberzeth. Syrupus.

QUAL: dulcissima, inodora, mitissima. Culinaris, usitatissima

VIS: edulcorans, relaxans, calefaciens, expectorans.

USUS:

COMP: Omnes Confectiones, Condita, Conservæ, Syrupi.

34. PANICUM panicula laxa flaccida, foliorum va-  
ginis pubescentibus. *Hort. cliff. 27. Hort. Ups. 20.*

MILIUM semine luteo & albo. *Baub. pin. 26. theatr. 502.*

Loc: India. Annum, cicur.

PHARM: MILII Semina.

QUAL: farinacea, insipida. Culinaris, exoleta.

VIS: nutriend, flatulenta.

USUS:

COMP:

35. HORDEUM flosculis lateralibus masculis muticis;  
angularibus imbricatis. *Hort. Ups. 23.*

HORDEUM distichum *Baub. pin. 23. theatr. 440.*

Loc: Annum, sereale, vulgare.

PHARM: HORDEUM mundatum, excorticatum,  
perlatum. Acetum vulgare,  $\Sigma$ , (distillatum)  
168. CONVALLARIA foliis alternis, pedunculis axillaribus unifloris. *Fl. Suec. 274. a.*

POLYGONATUM latifolium vulgare. *Baub. pin. 303.*

Loc: Europæ nostræ præcipitia montium.

*Perennis, vulgaris,*

PHARM: SIGILLI SALOMONIS Radix.

QUAL: fatua.

*Exoleta, dubia.*

VIS: Cosmeticæ? vulneraria.

USUS:

COMP:

169. ASPARAGUS caule herbaceo erecto, foliis serratis. *Fl. Suec. 272.*

ASPARAGUS sylvestris, tenuissimo folio. *Baub. pin. 490.*

Loc: Europæ australioris nostræque Scaniæ arenosa.

*Perennis, cicur.*

PHARM: ASPARAGI Radix, Semina.

QUAL: subdulcis, inodora.

*Culinaris, ustata.*

VIS: diluens, diuretica urinæ fœtida, aphrodisiaca,

USUS: Calculus?

COMP: Rad. V. aperientes majores; Syr. Altheæ.

170. BERBERIS pedunculis racemosis. *Fl. Suec.* 290.  
 BERBERIS dumetorum, *Baub. pin.* 454.  
 Loc: Europæ nostræ sylvæ. *Frutex, circum.*  
 PHARM: BERBERIDIS, Cortex, Baccæ, conditæ,  
*Succus, Syrupus, Rotulæ, Semen.*  
 QUAL: *Baccar.* acidissima; *Cort.* flava, amara. *Praestans.*  
 VIS: refrigerans, antiputredinosa, tonica, *Cort.* tinctoria, purgans.  
 USUS: Febres putridæ, Cholera, Icterus, Leucorrhœa.  
 COMP:

171. CORDIA foliis subovatis ferrato-dentatis. *Hort. cliff.* 63.  
 SEBESTEN officinarum. *Dill. elth.* 340, t. 255, f. 331.  
 Loc: Ægyptus, Malabaria. *Arbor, Fera.*  
 PHARM: SEPESTEN (*Drupa*).  
 QUAL: mucilaginosa.  
 VIS: obtundens, eccoprocta.  
 USUS: Raucedo, Tussis, Stranguria.  
 COMP:

172. ASPHODELUS caule nudo, foliis ensiformibus  
 carinatis lgvibus.  
 ASPHODELUS albus ramosus mas. *Baub. pin.* 208.  
 Loc: Hispaniæ, Lusitaniæ, Narbonæ colles. *Perennis, mansueta.*  
 PHARM: ASPHODELI Radix.  
 QUAL: ingrata, aeris. *Dubia, exoleta.*  
 VIS: diuretica, emmenagogæ, emolliens? maturans.  
 USUS:  
 COMP:

173. LILIUM foliolis sparsis, corollis campanulatis;  
 intus glabris. *Hort. cliff.* 120. *Ups.* 80.  
 LILIUM album, flore erecto, vulgare. *Baub. pin.* 76.  
 Loc: Syria, Palæstina. *Perennis, circum.*  
 PHARM: LILII ALBI Radix; Flores, Conserva,  
*▽, ⊙; Anthæræ,*  
 QUAL: *Fl.* svaveolens. *Rad.* pinguis. *Trita, praestans.*  
 VIS: emolliens? maturans, anodyna.  
 USUS: Epilepsia. Hydrops.  
 COMP: *Empl.* muçagin; *Empl.* ranar, gle; Clysteres; Cataplasmata.

*DIGYNIA.*174. ORYZA. *Hort. cliff.* 137.ORYZA. *Baub. pin.* 24.

Loc: Indiæ inundata.

*Annua, fera*

PHARM: ORYZÆ Semina,

QUAL: dulcis, farinosa.

*Culinaris, rario*

VIS: nutriens.

USUS: cibarius.

COMP:

*TRIGYNIA.*

175. MENISPERMUM foliis cordatis retusis mucronatis.

NATSIATAM. *Rhed. mal.* 7. t. 1. f. 1. *Pluk. phyt.* 345. f. 22.Loc: Malabaria. *Peregrina, fera*

PHARM: COCCULI INDICI Fructus.

QUAL: reniformis.

*Externas*

VIS: Venenata.

USUS: pediculis, Piscibus.

COMP:

176. RUMEX floribus hermaphroditis: valvulis crenatis granulo incumbente. *Fl. Suec.* 293.LAPATHUM acutum s. Oxylapathum. *Baub. hist.* 2. p. 983.

Loc: Europæ humentia.

*Perennis, frequensi*

PHARM: LAPATHI ACUTI Radix, Herba, Semen.

QUAL: austera, radicis amarior, foliorum acidior.

*Præstans*

VIS: adstringens, eccoprotica.

USUS: Dysenteria. Scabies! Ulcus.

COMP:

177. RU-

177. RUMEX floribus hermaphroditis, valvulis integrimis nudis, foliis cordato-lanceolatis. *Fl. Svec.*  
292. B.

LAPATHUM aquaticum, folio cubitali. *Baub. pin.* 116.

Loc: Europæ nostræ paludes. *Perennis, vulgaris.*

PHARM: HERBÆ BRITANNICÆ Radix.

QUAL: flava, amaricans, austera. *Rarior, eximia.*

VIS: adstringens.

USUS: Cacoethes! ulcus malignum, Scelotyrbe!

COMP:

178. RUMEX floribus hermaphroditis: valvulis integrimis: unica granulo notata.

LAPATHUM hortense latifolium. *Baub. pin.* 115.

Loc: Europa australior. *Perennis, cicur.*

PHARM: RHABARRARI MONACHORUM Radix.

QUAL: amaro-austera, flava.

VIS: adstringens, sublaxans.

USUS: Ulcus,

COMP:



CLAS.

## CLASSIS VIII.

# OCTANDRIA

## MONOGYNIA.

179. DAPHNE floribus sessilibus infra folia ellipticas lanceolata. *Fl. Svec.* 311.

LAUREOLA folio deciduo, flore purpureo. *Baub. pin.* 462.

Loc: Europæ nostræ sylvæ umbrosæ. *Frutex*, *cicur*,  
PHARM: COCCUMGNIDII Semina.

QUAL: Insipida, deurens. *Rarior, cauta.*

VIS: Inflammatoria, corrosive, vomitoria, cardialgica, febrilis.

USUS: Hydrops, cancer, Lupibus.

COMP:

180 DAPHNE racemis lateralibus, foliis lanceolatis integris. *Hort. cliff.* 147. *Ups.* 94.

LAUREOLA sempervirens, flore viridi. *Baub. pin.* 262.

Loc: Italia, Anglia, Germania. *Frutex, mansuetus.*

PHARM: MEZEREI Cortex.

QUAL: deureus. *Exoleta, cauta.*

VIS: Inflammatoria, draistica.

USUS: Hydrops.

COMP:

181. TRO-

180. MEZEREI cortex, si hæc (181.) species Daphnes non occurrat, comodo a priore (180.) specie desumi potest.

1. TROPÆOLUM foliis subquinquelobis, petalis obtusis. *Hort. Ups.* 93.

VIOLA indica scandens, nasturtii sapore, maxima odorata. *Herm. lugdb.* 628.

Loc: Peru. *Perennis, nobis annua, cicur.*

PHARM: NASTUCTII INDICI Herba.

QUAL: sapore Nasturcina, acris, aquosa. oleracea. *Exoluta.*

VIS: Diuretica.

USUS: Scorbatus.

COMP:

2. LAWSONIA racemis inermibus. *Fl. Zeyl.* 135.

PONTAETSCE. *Rheed. mal.* 4. p. 117. t. 57.

Loc: in India, Ægypto, Syria. *Arbor, fera.*

PHARM: ALCANNÆ VERÆ Radix, Tinctura.  
Folia.

QUAL: Rad. Rubro-tinctoria. Fol. luteo-tinctoria.

*Rarior, prestans, Turcica.*

VIS: Adstringens.

USUS: sophisticatio, formositas.

COMP: Ungv, rub. potabile, Tinctura rubra, Decotta rubra.

### 3. SANTALUM.

SANTALUM verum. *Breyn. icon.* 94. t. 5. f. 1.

Loc: India, Siam, Thymor, Solor. *Arbor, peregrina.*

PHARM: SANTALI CITRINI lignum.

*ALBI* lignum.

QUAL: suaveolens, aromatica, amaricans. *Exoleta, dubia.*

VIS: subvenenata, Synochizans, ulimuin caussans, tonica.

USUS: destillationes.

COMP: Confit. Alkermes. Pulv. abort.

### 184. VAC-

182. ALCANNA raro & vix nunquam in nostris officinis occurrit, sed ejus loco & nomine *Lithospermi* 58. species.

183. SANTALUM adhuc obscura est arbor, sed affinitate cum Lawsonia & Memecylo innoteſcit.

184. VACCINIUM foliis ovatis serratis deciduis, caule angulato. *Fl. Suec.* 313.

VITIS idaea foliis oblongis crenatis, fructu nigricante. *Baub. pin.* 470.

Loc: Europæ, præsertim Sveciæ sylvæ.

*Frutex, vulgatissimus.*

PHARM: MYRTILLI BACCAE, Syrupus.

QUAL: Acidula.

*Rarior*

VIS: Subrefrigerans, subadstringens.

USUS: Diarrhoea, Scorbustus.

COMP:

185. VACCINIUM foliis obverse ovatis perennanti-  
bus. *Fl. Suec.* 314.

VITIS idaea foliis subrotundis non crenatis, baccis ru-  
bris. *Baub. pin.* 470.

Loc: Europa, præsertim sylvæ Sveciæ.

*Frutex, vulgatissimus.*

PHARM: VITIS IDÆÆ Rob.

QUAL: acida.

*Præstans*

VIS: refrigerans.

USUS: Februm æstus.

COMP:

## TRIGYNIA.

286. POLYGONUM caule procumbente herbaceo,  
foliis lanceolatis integrifrimis.

POLYGONUM latifolium. *Baub. pin.* 281. quod *Fl. Suec.*  
322.

Loc: Europæ nostræ culta, ruderata.

*Annua, vulgatissima.*

PHARM: CENTUM NODIÆ Herba.

QUAL: subinsipida, inodora.

*Exoleta, infida.*

VIS: subadstringens, vulneraria.

USUS: Prolapsus.

COMP:

187. PO-

185. VITIS IDÆA non recepta est in nostris officinis, quamvis & vis & co-  
pia commendat.

87. POLYGONUM foliis lanceolatis, floribus hexandris semidigynis.

PERSICARIA urens seu Hydropiper. Baub. pin. 101.  
quæ Fl. Suec. 320.

Loc: Europæ nostræ subhumida.

*Annua, vulgatissima.*

PHARM: PERSICARIÆ Herba, ▽.

QUAL: acerrima, urens.

*Rarior.*

VIS: corrosiva, diuretica.

USUS: Calculus, Ulculus.

COMP:

88. POLYGONUM caule erectiusculo inermi ramoso, foliis cordato sagittatis, seminib⁹ lœvibus.

FAGOPYRUM, Dod. pempt. 512. Helxine. Fl. Suec. 324.

Loc:

*Annua, cerealis, cicur.*

PHARM: FAGOPYRI Semina.

QUAL: farinacea.

*Culinaris, rarer.*

VIS: refrigerans, obſtipans, nutriens.

USUS: Cibarius.

COMP:

89. POLYGONUM caule simplicissimo unoposta-chyo, foliis ovatis in petiolum decurrentibus.

BISTORTA major, radice intorta. Baub. pin. 192.

Loc: alpes Austriacæ, Syriacæ. *Perennis, cicur.*

PHARM: BISTORTÆ Radix.

QUAL: Styptica.

*Usitata, laudabilis.*

VIS: adstringens.

USUS: Dysenteria, Leucorrhœa. Scelotyrbe, Profluvia.

COMP: Diascordium; Acet. Theriacale.



# ENNEANDRIA MONOGYNIA.

190. LAURUS foliis ovato-oblongis trinerviis : basi nervos unientibus. *Fl. Zeyl.* 145.

CASSIA Cinnamomea. *Herm. lugdb.* 129. t. 65 s. *Burm. Zeyl.* 62. t. 27.

Loc: Zeylona. Arbor, peregrina.

PHARM: CINNAMOMI cortex, Syrupus, ▽ fine vino, ▽ cum vino, ॲ, ० Gtj.

QUAL: acris, dulcis, svavissima, fragrantissima. *Trita, heroica.*

VIS: Cordialis, analeptica, corroborans, calefaciens, perspirans, antifebrilis, carminativa.

USUS: Debilitas, Vomitus, Tympanites, Leucorrhœa, Menorrhagia.

COMP: Balsam. Cinnamomi; Aqua Cinnamomi hordeata; Aqua Cinnam. Cydoniata; Andromach; Mithridat; Diascordium; Orvietan; Philonitum; Diaphenies Conf. Alchermes; Hatriech; Hierapicra; Balsam. Apoplect; Aqua confortans perlata.

β KATOU - KARVA. *Rheed. mal.* 5. p. 105. t. 53.

Loc: Malabaria. Arbor, peregrina.

PHARM: MALABATRI Folium.

QUAL: acris, fragrans.

VIS: calefaciens, stimulans.

USUS: Paralysis lingue.

COMP: Andromach; Mithridat.

191. LAURUS foliis lanceolatis trinerviis : nervis supra basin unitis. *Fl. Zeyl.* 146.

CASSIA malabarica. *Herm. lugdb.* 130. *Burm. Zeyl.* 63. t. 28.

Loc: Malabaria, Java, Sumatra. Arbor, peregrina.

PHARM: CASSIÆ LIGNEÆ cortex.

QUAL: Cinnamomi debilior. Rarior, praestans.

VIS: Cinnamomi debilior, magisque adstringens.

USUS: Diarrhoea.

COMP: Andromach; Mithridat; Philonium; Diascordium; Troch. Hedyeroi; Spec. Diamoschi.

192. LAU-

192. LAURUS foliis lanceolato-ovatis trinerviis, nervis supra basin unitis.

LAURUS camphorifera. *Kæmpf. amœn.* 770. *Breyn.*  
*cent. 16. t. 2.*

Loc: Japonia. *Arbor, fera.*

PHARM: CAMPHORÆ Resina Grj.  $\text{D}\ddot{\text{s}}$ ,  $\text{L}$ ,  $\text{o}$ .

QUAL: fragrantissima, acris, americanæ, aromatica, frigida.

VIS: resolvens, nervina, pellens, sudorifera, antihelmintica, refrigerans.

USUS: Contagium, Inflammatio, Febres omnes, Mania, Hysteria, Odontalgia.

COMP: Ungv. Album; Pulv. pannonic; Conf. Hyacint; Ungv. Ägypt; Empl. Stictic.

193. LAURUS foliis integris trilobisque. *Hort. cliff.*

154. *Gron. virg.* 46.

CORNUS mas odorata, folio trifido: margine plano.

*Catesb. carol. I. f. 55.*

Loc: Pensylvania, Virginia, Florida.

*Arbor, mansueta.*

PHARM: SASSAFRAS lignum, Cortex, Essentia,  
 $\nabla$ ,  $\text{V}$ ;  $\text{o}$ .

QUAL: subdulcis, acris, aromaticæ, fragrans.

*Trita, præstans.*

VIS: diaphoretica, sudorifera, pellens, corroborans, mundificans.

USUS: Siphilis, Cachexia, Hydrops, Scabies, Flatulentia, Distillationes.

COMP:

194. LAURUS foliis lanceolatis venosis perennantibus, floribus quadrididis dioicis. *Hort. cliff.* 155. *Ups. 98.*

LAURUS vulgaris. *Baub. pin.* 155.

Loc: Græcia, Italia. *Arbor, mansueta.*

PHARM: LAURI Baccæ,  $\nabla$ ,  $\text{o}$ ,  $\text{o}$ , Folia.

QUAL: calida, aromaticæ, fragrans.

*Trita, præstans.*

VIS: calefaciens, resolvens, pellens, carminativa.

USUS: Colica lochialis.

COMP: El. baccar. lauri; Empl. baccar. lauri; Orvietan; Diatesson; Emplast. ranar; Empl. stictic; Empl. manus Dei,

195. LAURUS foliis enerviis obverse ovatis utrinque acutis integris annuis. *Hort. cliff.* 154.

ARBOR virginiana, citriæ vel limoniæ folio. *Comm. hort. I. t.* 97.

Loc: Summatra, Java, Siam, (Virginia).

*Arbor, frequens.*

PHARM: BENZOES resina, *tinctura*, flores.

QUAL: resinosa, graveolens, fragilis.

*Trita, prestans.*

VIS: nervina, expectorans, balsamica.

USUS: Rubedo faciei.

COMP: *Empl.* de Storace.

196. LAURUS foliis enerviis obverse ovatis obtusis.

CANELLA peruana. *Pluk. phyt.* t. 81. f. 1. & 160. f. 7..

*Sloan. jam. 2. t. 191. f. 2. Gatesb. carol. 2. t. 50.*

Loc: Jamaica, Carolina. *Arbor, submansueta.*

PHARM: VINTERANI (CANELLÆ ALBÆ) cortex.

QUAL: acris, pungens, subamara, aromatica, fragrans.

*Rarior, prestans.*

VIS: calefaciens, pellens, carminativa.

USUS: Catharrhus, Hæmorrhagia, Paralysis lingvæ.

COMP:

## TRIGYNIA.

197. RHEUM foliis subvillosis. *Hort. Ups.* 98.

RHABARBARUM sinense, folio crispo, flagellis rario-ribus & minoribus. *Amm. herb.* 206.

Loc: China ad murum. *Perennis, cicur.*

PHARM: RHABARBARI VERI Radix 3j. tosta

3ij. *Essentia* 3j. *Extractum* 3j.

QUAL: amara, nauseosa, lutea. *Trita, heroica, usitatisima.*

VIS: purgans, antacida, tonica, adstringens, hepatica, stomachica.

USUS: Dysenteria, Diarrhœa, Leucorrhœa, Coliea, icterus, Lenta infantum.

COMP: Syr. Cichorei c. Rheo. 3ij; Pulu. cont. verines; Conf.

Hamech; El. diacath; Extr. Panchymag; Pil. Cathol; Pil. sine quibus; Tint. Anima Rhab. 3j.

198. RHE-

98. RHEUM foliis glabris. *Hort. Ups. 98.*

RHAPONTICUM thracicum. *Alp. rhabont. I. exot. 137.*

Loc: Thracia, Schythia. *Perennis, cicur.*

PHARM: RHAPONTICI Radix 3j.

QUAL: Antecedentis, amara, subaceris, subadstringens. *Exoleta.*

VIS: purgans debilior, adstringens præstantior, stomachica.

USUS: Diarrhœa, Leucorrhœa.

COMP: Andromach.

E 2

CLAS-

198. RHAPONTICI affinitas tanta est cum Rhabarbaro vero, ut si quis ambas pro varietatibus habeat, vix erret; at vis purgans in Rhabarbaro vero duplo fortior, quam in Rapontico.

# DECANDRIA MONOGYNIA.

199. CASSIA foliolis quinquepinnis ovatis acuminatiss glabris petiolatis. *Fl. zeyl.* 149.

CONNÆ. *Rheed. mal.* 1. p. 37. t. 22. Chaiarxambar. *Alp. ægypt.* 2. t. 1.

Loc: India orientalis, Ægyptus, Arabia, Mexico.

*Arbor, fera..*

PHARM: CASSIÆ fistula (*Siliqua*), pulpa.

QUAL: dulcis.

*Trita, præstans.*

VIS: demulcens, eccoprotica, febrium pungans.

USUS: Nephritis calculosa.

COMP: *Eleæt.* Diacath. *Conf.* Hamech.

200. CASSIA foliolis tripinnibus quadripinnibusque subovatis. *Hort. cliff.* 159.

α SENNA alexandrina, foliis acutis. *Baub. pin.* 397. *Raj. hist.* 1742.

PHARM: SENNÆ ALEXANDRINÆ Folia, Folia s. f. *Syrup.* *Foliculi.*

β SENNA italicæ s. foliis obtusis. *Baub. pin.* 397.

Loc: in satis Italiæ (β), & Indiæ (α).

*Frutex, submansuetus.*

PHARM: SENNÆ ITALICÆ Folia 3j. Extra-  
ctum Θ;  
β.

QUAL: amara, nauseosa.

*Trita, eximia.*

VIS: Purgans.

USUS: Obstipatio.

COMP: *Extr.* Panchymag; *El.* cathol; *Conf.* hamech; Deco&ta.

## 201. TOLUIFERA.

BALSAMUM Tolutanum foliis ceratiæ similibus. *Baub.*  
*pin.* 401.

Loc: provincia Tolu prope Carthagena Americae.  
*Arbor, peregrina.*

PHARM: TOLU balsamum, *Syrupus balsamicus.*

QUAL: fusco-virescens, dulcis, fragrans, tenax, tandem fragilis,  
*Trita, praestans.*

VIS: diuretica, vulneraria.

Usus: Phthisis, Punctura, Gonorrhœa.

COMP:

202. GUILANDINA inermis, foliolis triplicato-pinnatis: foliolis infimis ternatis. *Fl. Zeyl.* 155.

MORINGHA zeylonica, foliorum pinnis pinnatis.  
*Burm. zeyl.* 162. t. 75.

Loc: Zeylona, Malabaria. *Arbor, peregrina.*

PHARM: NEPHRITICUM lignum, tintura.

BEHEN .

QUAL: flavo-pallescens, cœruleo tingens, subacris, amaricans.

*Exoleta.*

VIS: pellens, diuretica.

Usus: Scabies, Exanthemata.

COMP:  basis balsamorum,

203. CÆSALPINIA aculeis recurvis, foliolis emarginatis, Filamentis lariatis. *Fl. Zeyl.* 158.

TSIAM - PANGAM. *Rheed. mal.* 6. p. 3. t. 2. *Sloan. jam.* 2. p. 183. t. 10.

Loc: Zeylona, Malabaria, Jamaica. *Arbor, peregrina.*

PHARM: CAMPESCANUM (SAPPAN) Lignum.

QUAL: pallide fusco-rufa. *Exoleta,*

VIS: Tinctoria.

USUS: œconomicus,

COMP;

E 3

204. CÆ-

202. Behen. Nux s. Balanus myristica quibusdam ex alia specie desumitur, utrum vero congeneri, adhuc dubium; hanc Hermannus declaravit.

204. CÆSALPINIA? arbor Brasilia dicta.  
 IBIRA pitanga. *Marg. bras. 101. t. 102.*  
 Loc: Brasilia. *Arbor, peregrina.*  
 PHARM. BRASILIANUM RUBRUM Lignum  
 (medullare).  
 QUAL: rubra. *Exoleta.*  
 VIS: Tinctoria.  
 USUS: Oeconomicus, Febres.  
 COMP:
205. CÆSALPINA aculeis recurvis, foliolis obverse  
 ovatis integris.  
 PSEUDO-SANTALUM croceum. *Catesb. cor. 2. t. 51.*  
 Loc: Jamaica, Carolinæ colles. *Arbor, peregrina.*  
 PHARM: BRASILIENSE LUTEUM Lignum.  
 QUAL: flava. *Exoleta.*  
 VIS: Tinctoria.  
 USUS: Oeconomicus.  
 COMP:
206. ANACARDIUM. *Hort. cliff. 161. El. Zeyl. 165.*  
 KAPA-MATA. *Rheed. mal. 3. p. 65. t. 54. Acajou. Pis.  
 bras. 58.*  
 Loc: Brasilia, Surinama, Malabaria. *Arbor, fera.*  
 PHARM: ANACARDII OCCIDENTALIS Nux  
 (testæ melligo).  
 QUAL: melliginis exurens. *Exoleta.*  
 VIS: excorians.  
 USUS: Maculæ, Scabies, Impetigo, Lichenes.  
 COMP:
207. GUAJACUM folijs pinnatis: foliolis quatuor ob-  
 tufis. *Hort. cliff. 187.*  
 PRUNO vel Euonymo affinis arbor, folio alato. *Sloan.  
 jam. 2. p. 133. t. 222.*  
 Loc: Jamaica, Hispaniola. *Arbor, fera.*  
 PHARM: LIGNI SANCTI (GUAJACI) Cortex,  
 $\Sigma$ ,  $\circ$ , Resina, Extractum.  
 QUAL: insipida. *Trita, praestans.*  
 VIS: aperiens, mundificans, pellens, visceralis; Ext. sternutatoria.  
 USUS: Siphilis, Leucorrhœa.  
 COMP:

208. DICTAMNUS. *Hort. cliff. 161. Ups. 102.*

DICTAMNUS albus vulgo s. Fraxinella. *Baub. pin. 222.*

Loc: Narbonæ, Germaniæ colles. *Perennis, cicur.*

PHARM: DICTAMNI ALBI Radix.

QUAL: amarissima. *Rarior, dubia.*

VIS: suspecta, pellens, anthelmintica.

USUS: Epilepsia, Vermes.

COMP: Orvietanum, ♀ gutteta, ♀ pannonicus.

209. RUTA foliis decompositis. *Hort. cliff. 145. Ups.*

102.

RUTA hortensis latifolia. *Baub. pin. 336.*

Loc: Africa, Græcia, Hetruria, Narbona.

*Frutex, cicur.*

PHARM: RUTÆ HORTENSIS Herba, *Conserva,*  
▽, ⊙, ○, θ, +, Semina.

QUAL: graveolens, acerrima *Trita, heroica.*

VIS: resolvens, alexiterica, antivenerea, anthelmintica, pellens,  
carminativa, emmenagogia, sudorifera.

USUS: Pestis, Epilepsia, Hysteria, Cephalalgia, Ophtalmia, Singultus.

COMP: Balsamus Ruta. *Acet. prophyl.*

210. LEDUM foliis linearibus subtus hirsutis, floribus  
corymbosis. *Fl. Suec. 341.*

CISTUS ledon, foliis rosmarini ferrugineis. *Baub. pin.*  
467.

Loc: sueciæ septentrionisque paludes asperæ.

*Frutex, vulgaris.*

PHARM: ROSMARINI SYLVESTRIS Herba.

QUAL: graveolens, fragrans, amara. *Exoleta, heroica.*

VIS: narcotica, inebrians.

USUS: Scabies, Febres exanthematicæ? Infecta.

COMP:

211. ARBUTUS caulis procumbentibus, foliis integrerrimis. *Fl. Lapp.* 162. *Suec.* 339.

**UVA URSI.** *Clus. hist.* 1. p. 63.

**Loc:** Sueciæ colles fabulosæ.

*Frutex, vulgaris,*

**PHARM:** UVÆ URSI Folia.

**QUAL:** stiptica, inodora.

*Rarior. præstans.*

**VIS:** adstringens.

**USUS:** Calculus.

**COMP:**

212. PYROLA staminibus adscendentibus, pistillis declinatis. *Fl. Suec.* 330.

**PYROLA** rotundifolia major. *Baub. pin.* 191.

**Loc.** Europæ nostræ sylvæ. *Perennis, vulgaris.*

**PHARM:** PYROLÆ Herba.

**QUAL:** insipida, inodora.

*Rarior.*

**VIS:** corroborans, adstringens.

**USUS:** Vulnus.

**COMP:**

## DIGYNIA.

213. DIANTHUS floribus subsolitariis, corollis crenatis, squamis calyciniis subovatis brevissimis. *Hort. cliff.* 164. *Ups.* 104.

**CARYOPHYLLUS** hortensis, flore pleno majore. *Baub. pin.* 208.

**Loc:**

*Perennis, cicur.*

**PHARM:** TUNICÆ Flores (corolla) Conserva, Syrupus,  $\nabla$ ,  $+$ , Semina.

**QUAL:** siveolens, fragrans, aromatica.

*Trita, præstans.*

**VIS:** cordialis, sudorifera, alexiteria.

**USUS:** Contagium, Exanthemata, Febris.

**COMP:** Spir. Embryon; Potiones cordiales,

214. SA-

211. UVA URSI non dum in officinas Pharmacopœorum introducta, at a Coriariis loco Rhois receptissima; ob vires corroborantes & adstringentes commendanda.

14. SAPONARIA calycibus monophyllis cylindraceis, foliis ovato-lanceolatis. *Hort. cliff.* 165. *Ups.* 106.

SAPONARIA major lævis. *Baub. pin.* 206.

Loc: Anglia, Gallia, Belgium. *Perennis, cicur.*

PHARM: SAPONARIAE Radix, Herba, Semina.

QUAL: amarissima, trita spumescens. *Exoleta.*

VIS: pessens, sudorifera, diuretica, emmenagogæ.

USUS: Epilepsia.

COMP:

15. SAXIFRAGA foliis reniformibus lobatis, caule ramoso, radice granulosa. *Fl. Suec.* 350.

SAXIFRAGA rotundifolia alba. *Baub. pin.* 309.

Loc: Europæ nostræ colles prataque.

*Perennis, vulgarissima.*

PHARM: SAXIFRAGÆ ALBÆ Radix, Herba, Flores, Semina.

QUAL: acris, pungens. *Exoleta, infida.*

VIS: diuretica.

USUS: Calculus?

COMP:

## PENTAGYNYIA.

16. OXALIS scapo unifloro, foliis ternatis, radice squamoso-articulata. *Fl. Suec.* 385.

TRIFOLIUM acetosum vulgare. *Baub. pin.* 330.

Loc: Europæ nostræ sylvæ acerosæ.

*Perennis, vulgarissima.*

PHARM: ACETOSELLÆ Herba, Conserva, Syrupus, Sal essentiale.

QUAL: acidula.

*Ustata.*

VIS: refrigerans,

USUS: Febres putridæ.

COMP: Julep, antifebril.

217. SEDUM foliis planiusculis patentibus ferratis,  
corymbo terminali nudo. *Fl. Suec.* 386.

ANACAMPSEROS vulgo Faba crassa. *Bauh. hist.* 3. p.  
681.

Loc: Europæ nostræ colles saxosi. *Perennis, vulgaris.*

PHARM: TELEPHII Radix.

QUAL: glutinosa, subacida, mitis. *Exoleta, infida.*

VIS: refrigerans.

USUS: Varix ani, Paronychia, Hæmorrhoides *clavus.*

COMP:

218. SEDUM foliis subovatis adnato - sessilibus gibbis  
erectiusculis alternis, racemo triplici. *Fl. Suec.* 389.

SEMPERVIVUM minus vermiculatum acre. *Bauh. pin.*  
283.

Loc: Europæ nostræ montes, tecta.

*Perennis, vulgaris.*

PHARM. SEDI MINORIS Herba, ▽.

QUAL: acris, subcorrosiva.

*Praestans.*

VIS: vomitoria, diuretica.

USUS: Quartana, Scorbutus, Hydrops.

COMP:

*Secundum Zij in quartanis.*

herba 3*l.* in univaria. 3*XII.* cotta ad Zij  
Scorbutis pronosticet. suspensum videtur emone-

## CLASSIS XI.

# DODECANDRIA

## MONOGYNIA.

19. ASARUM foliis petiolatis subcordatis, floribus trifidis. quod. *Fl. Suec.* 392.

ASARUM. *Baub. pin.* 197.

Loc: Europa australior, Scaniaque nostra. *Perennis, cicur.*

PHARM: ASARI Radix 3j, Extractum 3j; Folia Nj; Semina.

QUAL: nauseosa, amaro-acris, virulenta. *Trita, heroica.*

VIS: Vomitoria! purgans: errhina, diuretica, emmenagogia.

USUS: Melancholia.

COMP:

20. ASARUM foliis sessilibus imbricatis, floribus quadrifidis.

HYPOCISTIS omnino lutea s. ochræ colore. *Clus. bisp.* 143.

Loc: super radices cisti in Turcia, Creta.

*Parasitica, peregrina.*

PHARM: HYPOCISTIDIS Succus.

QUAL: acida, austera. *Rarior.*

VIS: adstringens.

USUS: Profluvia.

COMP: Andromach; Mithridat; *Troch.* carabe; *Empl.* herniæ; *Passul.* Laxativ.

*DIGYNIA.*

221. AGRIMONIA foliis pinnatis, fructibus hispi-  
dis. *Fl. Suec.* 394.

EUPATORIUM veterum s. Agrimonia. *Baub. pin.* 321.

Loc: Europæ nostræ præta. *Perennis, vulgariss.*

PHARM: AGRIMONIÆ Herba, ▽.

QUAL: stiptica.

*Tritae*

VIS: adstringens, roborans, vulneraria, pellens.

USUS: Profluvia, Hæmaturia, Calculus, Obstipationes viscerum.

COMP:

*POLYGYNIA.*

222. SEMPERVIVUM foliis radicalibus carnosis,  
caulinis imbricatis, corymbo racemoso reflexo. *Fl.  
Suec.* 395.

SEDUM majus vulgare. *Baub. pin.* 283.

Loc: Europæ nostræ ecta. *Perennis, infrequens.*

PHARM: SEMPERVIVI MAJORIS Herba.

QUAL: acido-austera, aquosa, acriuscula.

*Rarior;*

VIS: adstringens, refrigerans.

USUS: Febres, Dysenteria, Aphta, Ambusta.

COMP:

## CLASSIS. XII.

ICOSANDRIA  
MONOGYNIA.

223. PUNICA. Hort. cliff. 184. Ups. 122.

α MALUS punica sativa. Baub. pin. 438.

β PUNICA flore pleno majore. Tournef. instit. 636.

Loc: Africa, Hispania, Italia.

*Arbor mansueta, sterilis.*

PHARM: BALAUSTIORUM (β) Flores.

MALACORII Cortex.

GRANATORUM Semina, Syrupus.

QUAL: styptica.

VIS: anodyna, adstringens, laxans Fl., pellens, diuretica, anthel-  
mintica.

USUS: Cephalalgia.

COMP: Troch, carabe, ☰ dysentericus.

*Trita, praestans.*224. MYRTUS floribus solitariis, calyce fructus di-  
phyllo. Hort. cliff. 184. Ups. 123.

MYRTUS communis italicica. Baub. pin. 468.

Loc: orbis 4 partes temperatæ. *Arbor, mansueta.*

PHARM: MYRTI Folia, Baccæ, ☺.

QUAL: aromaticæ, fragrans.

*Rarior.*

VIS: calefaciens, corroborans, adstringens.

USUS: Profluvia.

COMP:

225. MYR-

225. MYRTUS foliis alternis. *Fl. Zeyl.* 186?

MYRTUS arborea aromatica, foliis laurinis latioribus & subrotundis. *Sloan. jam. 2. t. 191. f. 1. Pluk. phyt.* 155. f. 4.

Loc: Jamaica.

*Arbor, peregrina.*

PHARM: PIMENTÆ (AMMOMI VERI falso)  
Fructus,

QUAL: aroniatica, fragrans.

*Rarior.*

VIS: calescens, stomachica.

USUS: Diæteticus.

COMP:

226. MYRTHUS foliis obverse ovatis. *Fl. Zeyl.* 183?

CARYOPHYLLUS aromaticus ind. occid; foliis & fructu rotundis, dipyrène. *Pluk. phyl.* 155. f. 3.

Loc: Zeylona? Cuba, Guiana. *Arbor, peregrina.*

PHARM: CASSIÆ CARYOPHYLLATAE Cortex.

QUAL: aromatica, fragrans, pungens.

VIS: cephalica, stomachica.

USUS:

COMP.

227. STYRAX. *Hort. cliff.* 187. *Ups.* 123.

STYRAX folio mali cotonei. *Baub. pin.* 452.

Loc: Italia, Creta, Syria, Palæstina. *Arbor, mansueta.*

PHARM: STORACIS CALAMITÆ Resina,  $\infty$ .

QUAL: resinosa, subacris, fragrans. *Usitata.*

VIS: nervina, subanodyna.

USUS: Ulcera interna, Destillationes, Tussis.

COMP: Pil. styracis, Empl. styracis, Empl. stomachale; Andromachi; Mithridat; Diascord; Bals. apoplect; Ungv. martiatum.

## 228. PADUS foliis sempervirentibus lanceolato-ovatis.

*Hort. cliff.* 185. *Ups.* 126.

LAUROCerasus. *Cam. hort.* 23. *Clus. hist.* 1. p. 4.

Loc: Trapezunte. *Arbor, mansueta.*

PHARM: LAUROCERASI Folia.

QUAL: amara, subnarcotica, feris lethalis.

*Insuetas.*

VIS: diuretica & fere amygdala amaræ. 229.  $\beta$ .

USUS: Phthisis.

COMP:

## 229. AMYG-

228. LAUROCERASUS non dum intravit officinas nostras.

229. AMYGDALUS foliis petiolatis: ferraturis infinitis glandulosis. *Hort. cliff.* 186. *Ups.* 123.

AMYGDALUS dulcis putamine molliore. *Tournef. inst.* 627.

Loc: Tripolis *sepes.* Arbor, mansueta.

PHARM: AMYGDALÆ DULCIS Nuclei, oblongi, ♂.

QUAL: dulcis, sapida. *Trita, præstans.*

VIS: nutritiva, relaxans, obtundens.

USUS: Dolores, Phlogosæ, Febres, Tussis.

COMP:

AMYGDALUS amara. *Tournef. inst.* 627.

Loc: Tripolis. Arbor, mansueta.

PHARM: AMYGDALÆ AMARÆ Nuclei, ♂.

QUAL: amara. *Præstans, dubia.*

VIS: præcedentis (α) & anodyna, carminativa, diuretica.

USUS: Colica, Cophosis, Eschara, Vermes.

COMP:

30. AMYGDALUS foliorum ferraturis omnibus acutis. *Hort. cliff.* 186. *Ups.* 123.

PERSICA molli carne & vulgaris. *Bauh. pin.* 440.

Loc: Persia. Arbor, mansueta.

PHARM: PERSICÆ Flores, Syrupus, Nuclei, ▽.

QUAL: Amygdalæ amaræ 229. β. Exoleta.

VIS: Amygdalæ amaræ.

USUS: Vermes

COMP:

31. PRUNUS spinosa, foliis lanceolatis. *Fl. Suec.* 397.

PRUNUS Sylvestris. *Bauh. pin.* 444.

Loc: Europæ nostræ colles. Frutex, vulgaris.

PHARM: ACACIÆ NOSTRATIS Cortex, Flores, Syrupus, ▽, Fructus, Succus.

QUAL: styptica. *Trita, præstans.*

VIS: Cort. adstringens, Fl. laxans, Fr. refrigerans.

USUS: Profluvia, Diarrhoea.

COMP:

**232. PRUNUS** inermis, foliis lanceolato-ovatis. *Hort. cliff. 187. Ups. 124.*

**a** **PRUNUS** fructu paryo dulci atro-ceruleo. *Tournef. inst. 622.*

Loc: Europa australis. *Arbor, cicur, frequens.*

PHARM: **PRUNA GALLICA** minor, majora, pulpa.

**B** **PRUNUS** fructu magno dulci atro-ceruleo. *Tournef. inst. 622.*

Loc: Syria. *Arbor, cicur.*

PHARM: **PRUNA DAMASCENA**, Puipa.

**y** **PRUNUS** brignonensis, fructu savorissimo. *Tournef. inst. 622.*

Loc: hodie Galloprovincia. *Arbor, cicur.*

PHARM: **PRUNEOLÆ** Fructus (*deinde nucleo*).

QUAL: acidiuscula. *Culinaris, usitata.*

VIS: refrigerans, humectans, lubricans, eccoprotica.

USUS:

COMP: *Pruna* laxativa. 3ij

**233. CERASUS** foliis ovato-lanceolatis. *Virid. cliff. 43. Ups. 125.*

**a** **CERASUS** fructu acido serotino succi sanguinei. *Tourn. inst. 625.*

Loc: hodie Europæ nostræ horti. *Arbor, frequens.*

PHARM: **CERASORUM RUBRORUM** Fructus, *Rob, Condita, Nuclei, Gummi.*

QUAL: acidiuscula, sapida. *Culinaris, usitata.*

VIS: refrigerans.

USUS: Febres continuæ.

COMP:

**B** **CERASUS** major sylvestris, fructu subdulcinigro colore inficiente. *Bauh. pin. 450.*

Loc: hodie Europæ horti. *Arbor, frequens.*

PHARM: **CERASORUM NIGRORUM** Fructus, *Syrupus, ▽, ♀, ♂.*

QUAL: acida, sapida. *Usitata.*

VIS: nervina, antispasmodica, subanodyna.

USUS: Paralysis, Convulsiones.

COMP: *Aqua* confortans perlata.

## DIGYNIA.

234. CRATÆGUS foliis ovalibus inæqualiter ferratis. *Fl. Suec.* 398.

CRATÆGUS inermis, foliis ellipticis ferratis sinuatis subtus villosis. *Fl. Lapp.* 199.

Loc: Oelandia, Gotlandia. *Arbor, cicur.*

PHARM: SORBI DOMESTICÆ Baccæ.

QUAL: farinosa, alimentosa. *Exoleta, infida.*

VIS: flatulenta.

USUS:

COMP:

\*

## TRIGYNIA.

235. SORBUS foliis pinnatis. *Hort. cliff.* 188. *Fl. Suec.*  
400.

SORBUS sylvestris, foliis domesticæ similis. *Baub.*  
*pin.* 415.

Loc: Europæ nostræ sylvæ. *Arbor, frequens.*

PHARM: SORBI AUCUPARIÆ Baccæ.

QUAL: acida, farinosa. *Exoleta.*

VIS: adstringens.

USUS: Hæmorrhœi.

COMP:

F

PEN-

\* PHILADELPHUS Icosandriæ tetragynæ arbor cicur hic locum inveniet, si recipiatur, cum ejus flores pro succedaneo Jasmini ad ♂ adhiberi possint.

## PENTAGYNIA.

236. MESPILIUS foliis lanceolatis integerrimis sub-  
tus tomentosis, calycibus acuminatis. *Hort. cliff.*  
189. *Ups. 129.*

MESPILUS germanica, folio laurino non ferrato. *Baub.*  
*pin. 453.*

Loc: Germania & Europa australior.

*Arbor, mansueta.*

PHARM: MESPILI Fructus, Semina.

QUAL: austera, farinosa, esculenta.

*Rarior.*

VIS: refrigerans, adstringens.

USUS: Diarrhæa.

COMP:

237. PYRUS foliis ferratis, pomis basi concavis. *Hort.*  
*cliff. 189. Ups. 130.*

MALUS pomis redolentibus Bordorpherianis dictis  
*vulgo.*

Loc: Germania.

*Arbor, cicur.*

PHARM: POMORUM BORDORPHIENSIMUM  
*succus liquidus.*

QUAL: acidula, esculenta, sapida.

*Parcior.*

VIS: refrigerans, tonica.

USUS:

COMP: Confec<sup>t</sup>. alkermes,

238. PYRUS foliis integerrimis. *Hort. cliff. 190.*

COTONEA malus. *Baub. hist. 1. p. 35.*

Loc: Danubius.

*Arbor, subcicur.*

PHARM: CYDONIÆ fructus, Condita, Rob, Syrupus,  
*succus, Miva, Panis, Cortex, Semina, ♂.*

QUAL: acido-austera

*Trita, prestans.*

VIS: corroborans, adstringens, refrigerans.

USUS: Nausea, Vomitus, Cholera, Diarrhæa, Abortus.

COMP: ▽ cinnamomi cydoniata.

239. TILI-

239. FILIPENDULA foliis pinnatis; foliolis uniformibus. *Fl. Suec.* 404.

FILIPENDULA vulgaris. *Baub. pin.* 163.

Loc: Europæ nostræ prata. *Perennis, vulgatissima.*

PHARM: SAXIFRAGÆ RUBRÆ Radix, Herba.

*Exoleta, infida.*

QUAL: stiptica.

VIS: adstringens, vulneraria, lithontriptica?

USUS: Leucorrhæa, Dysenteria, Hernia.

COMP:

240. FILIPENDULA foliolo impare majore trifido.

*Fl. Suec.* 405.

BARBA capræ floribus compactis. *Baub. pin.* 164.

Loc: Europæ nostræ pascua humida.

*Perennis, vulgatissima.*

PHARM: ULMARIÆ Radix, Herba, ▽.

*Exoleta, praestans.*

QUAL: stiptica, fragrans.

VIS: adstringens, sudorifera.

USUS: Exanthemata, Dysenteria, Hernia.

COMP: *Empl.* ruptur.

## POLYGYNIA.

**241.** ROSA caule aculeato, petiolis inermibus, calycibus semipinnatis. *Fl. Suec.* 406.

**α** ROSA rubra multiplex. *Baub. pin.* 481. *H. Ups.* 132. **β.**  
Loc: Europa. *Frutex, cicur.*

PHARM: ROSÆ RUBRÆ Flores, Condita, Conserva,  $\nabla$ ,  $\circ$ ,  $+$ , succus; Placenta,  $\mathcal{K}$ ,  $\Omega$ ,  $\tilde{\nu}$ , Antheræ, Semina.

QUAL: swaveolens, rubra, spirituosa. *Trita, præstans.*

VIS: corroborans, adstringens.

USUS: Leucorrhæa, Prosluvia.

COMP: Conserva rosarum vitriolata, *Sacch.* rosarum. *Syr.* rosarum siccarum. *Fl IV.* cordiales; *Aqua IV.* cordiales.

**β** ROSA purpurea, *Baub. pin.* 481.

Loc: Europa. *Frutex, cicur.*

PHARM: ROSÆ DAMASCENÆ Flores,  $\odot$ , Conserva recens, antiqua.

QUAL: swaveolens, purpurea, spirituosa. *Trita, præstans.*

VIS: analeptica, tonica.

USUS:

COMP:

**γ** ROSA sylvestris vulgaris, flore odorato incarnato.

*Baub. pin.* 483.

Loc: Europæ nostræ sylvæ. *Frutex, vulgaris.*

PHARM: ROSÆ SYLVESTRIS Flores, *Aqua, pallidarum Conserva.*

CYNOSBATI Fructus, Semina.

BEDEGUAR Fungus (*nidus insecti*).

QUAL: swaveolens, pallida, spirituosa. *Trita, præstans.*

VIS: eccoprotica.

USUS: Soda *Cynosb.*

COMP: Syrupus rosarum solativus  $\frac{3}{j}$ , *Mel.* rosarum.

**δ** ROSA alba vulgaris major. *Baub. pin.* 482. *H. Ups.* 132. **δ.**

Loc: Europa. *Frutex, cicur.*

PHARM: ROSÆ ALBÆ Flores, Condita, Conserva,  $\nabla$ .

QUAL: swaveolens, alba, spirituosa. *Trita, præstans.*

VIS: analeptica.

USUS: Ophthalmia, Leucorrhæa.

COMP: *Julep.* rosarum.

242. RUBUS foliis quinato-pinnatis ternatisque, caule hispido. *Fl. Suec.* 408.

RUBUS idæus spinosus. *Baub. pin.* 479.

Loc: Europæ nostræ colles saxosi. *Frutex, vulgaris.*

PHARM: RUBI IDÆI (Fructuum) Syrupus, △, +, ♀, ♂, Folia.

QUAL: acidula, grata.

*Trita, præstans.*

VIS: refrigerans.

USUS: Sitis, Februm æstus,

COMP:

243. RUBUS foliis ternatis, caule inermi unifloro.

*Fl. Suec.* 412.

RUBUS caule unifloro, foliis ternatis. *Fl. Lapp.* 207.  
*t. 5. f. 2.*

Loc: Norlandiæ nostræ pascua. *Perennis, cicur.*

PHARM: NORLANDICARUM BACCARUM  
*Condita.*

QUAL: acidula, fragrans.

*Rarior, eximia.*

VIS: refrigerans, cordialis, analeptica.

USUS: Febres putridæ, exanthematicæ.

COMP:

244. RUBUS foliis simplicibus caule unifloro. *Fl. Suec.*

413.

RUBUS caule bifolio unifloro, foliis simplicibus. *Fl. Lapp.* 208. *t. 5. f. 1.*

Loc: Sueciæ paludes sylvaticæ sphagnosæ.

*Perennis, frequens.*

PHARM: CHAMÆMORI *Condita.*

QUAL: inodora, frigida, esculenta, aquosa. *Rarior, præstans.*

VIS: refrigerans.

USUS: Scorbutus, Nausea.

COMP:

245. FRAGARIA flagellis reptans. *Fl. Suec.* 414.

FRAGARIA vulgaris. *Baub. pin.* 326.

Loc: Europæ nostræ sylvæ. *Perennis, vulgatissima.*

PHARM: FRAGARIÆ Herba, (Fructuum) Syrupus,  $\nabla$ , +,  $\curvearrowleft$ .

QUAL: acidula, fragrans.

*Trita, preftans.*

VIS: diaphoretica, diuretica.

USUS: Calculus, Febres.

COMP:

246. POTENTILLA foliis pinnatis, caule repente.

*Fl. Suec.* 415.

POTENTILLA. *Baub. pin.* 321.

Loc: Europæ nostræ pascua. *Perennis, vulgatissima.*

PHARM: ANSERINÆ Herba.

QUAL: infipida.

*Debilis, exoleta.*

VIS: adstringens.

USUS: Icterus? Procidentia, Leucorrhœa.

COMP:

247. POTENTILLA foliis digitatis, caule repente, pedunculis unifloris. *Fl. Suec.* 418.

QUINQUEFOLIUM majus repens. *Baub. pin.* 325.

Loc: Europæ nostræ ruderata. *Perennis, vulgaris.*

PHARM: PENTAPHYLLI Radix, Herba.

QUAL: stiptica.

*Rarior.*

VIS: vulneraria, adstringens.

USUS: Dysenteria.

COMP: Gargarismata, Andromach.

248. TOR-

248. TORMENTILLA. *Fl. Suec.* 421.TORMENTILLA sylvestris. *Baub. pin.* 326.Loc: Europæ nostræ pascua. *Perennis, vulgatissima.*PHARM: TORMENTILLÆ Radix, *Essentia, Extractum, Herba.*

QUAL: stiptica.

*Trita, præstans.*

VIS: adstringens! diuretica.

USUS: Diarrhoea, Scelotyrbe.

COMP:

249. GEUM floribus erectis, fructu globoſo, ſemini-  
num cauda uncinata nuda, *Fl. Suec.* 424.CARYOPHYLLATA vulgaris. *Baub. pin.* 321.Loc: Europæ nostræ nemora. *Perennis, vulgaris.*PHARM: CARYOPHYLLATÆ Radix, *Herba.*QUAL: stiptica, ambrosiaco-graveolens, antacida. *Rarior.*

VIS: adstringens, sudorifera.

USUS: Variola, Dysenteria.

COMP:

## CLASSIS XIII.

# POLYANDRIA

## MONOGYNIA.

250. PAPAVER caule multifloro, foliis simplicibus  
glabris incisis caulinis. *Hort. Ups.* 135.

α PAPAVER hortense, semine nigro. *Baub. pin.* 170.

β PAPAVER hortense semine albo. *Baub. pin.* 170.

Loc: Europæ australioris agri. *Annua, cicur.*

PHARM: PAPAVERIS NIGRI Semina, Capitula,  
*Syrupus* (diacodium) ʒj.

ALBI Herba, *Syrupus* 3vj, ♂, Semina, ♀.

OPIUM crudum Gr. ij, correctum, succus in-  
spissatus, Extractum Gr. V, ℥ cum +, ℥  
fine +.

QUAL: opii resino-gummosa, amara, acris, virosa, inflamma-  
bilis. *Trita, heroica.*

VIS: soporifera, antispasmodica, cordialis, aphrodisiaca, exhilarans.

USUS: Dolores, Profluvia, Lassitudo, Vigilie, Vomitus.

COMP: Andromach; Diaſcord; Orvietan; Philon; Pil. Cynogloss; *Laud.* liquid. Gr. X.

251. PAPAVER caule multifloro folioso hispido, fo-  
liis pinnatifidis, capsulis lævibus. *Hort. Ups.* 136.  
quod. *Fl. Suec.* 428.

PAPAVER erraticum majus. *Baub. pin.* 171.

Loc: Europæ nostræ arva. *Annua, vulgaris.*

PHARM: RHŒADIS Herba, Flores, Conserva, Sy-  
*rupus*, ℥ 3ij, ▽.

QUAL: acidula. *Trita, prestans.*

VIS: subanodyna.

USUS: Pleuritis, Catarrhus.

COMP:

252. CHELIDONIUM pedunculis multifloris. *Fl.*  
*Suec.* 430.

CHELIDONIUM majus vulgare. *Baub. pin.* 144.  
 Loc: Europæ nostræ ruderata. *Perennis, vulgaris.*  
 PHARM: CHELIDONII MAJORIS Radix, Herba,  $\nabla$ .

QUAL: succus luteus, amarus, acris, deurens. *Rarior, praestans.*  
 VIS: diuretica, diaphoretica.  
 USUS: Icterus, Hydrops, Tabes, Oedenia, Herpes, Macula oculi,  
 COMP:

253. ACTÆA racemis longissimis. *Gron. virg.* 57.

Loc: Virginia, Noveboracum. *Perennis, cicur.*

PHARM: ACTÆÆ Radix, *Essentia.*

QUAL: subvenenata. *Cauta, inusitata, heroica.*

VIS: sudorifera, pellens.

USUS: Astenia virginica.

COMP:

254. EUPHORBIA aculeata nuda multangularis, aculeis geminatis. *Hort. cliff.* 106. *Ups.* 138.

EUPHORBIUM cerei effigie, caulis crassioribus, spinis validioribus armatum. *Compl. hort.* 1. p. 21. t. II.

Loc: Africa. *Frutex, ferus.*

PHARM: EUPHORBII Gummi,  $\odot$ .

QUAL: corrodens. *Rarior, cauta.*

VIS: exulcerans, inflammatoria.

USUS: Caries, Punctura.

COMP:

F 5

255. EU-

253. ACTÆA nulla adhuc officinis nostris innotuit.

255. EUPHORBIA foliis lanceolatis, umbella universali polyphylla: partialibus trifidis triphyllis: propriis dichotomis. *Fl. Suec.* 438.

TITHYMALUS palustris fruticosus. *Baub. pin.* 292.

Loc: Europa, nostraque Oelandia, Gotlandia.

*Perennis, cicur.*

PHARM: ESULÆ Radix, Cortex (*radicis*), Herba.

QUAL: corrodens.

*Rarior, cauta.*

VIS: vesicatoria, draistica, inflammatoria.

USUS: Hydrops, Odontalgia, Serpigo, Clavus.

COMP:

256. EUPHORBIA inermis, foliis oppositis lanceolatis, umbella universali quadrifida tetraphylla: reliquis dichotomis. *Hort. cliff.* 198. *Ups.* 140.

LATHYRUS major. *Baub. pin.* 293.

Loc: Gallia.

*Biennis, cicur.*

PHARM: CATAPUTIÆ MINORIS Semina.

QUAL: corrodens.

*Exoleta, cauta.*

VIS: draistica.

USUS: Verruca.

COMP:

257. CAMBOGIA. *Fl. Zeyl.* 195.

CODDAM-pulli. *Rheed. mal.* 1. p. 41. t. 24.

Loc: Malabaria, Zeylona. *Arbor, peregrina.*

PHARM: GUTTÆ Gummi (*succus*). Gr. X, Sulphuratum Gr. XVj.

QUAL: resinoso-gummosa, lutea, opaca, nitida, insipida, inodora. *Rarior, heroicæ.*

VIS: draistica, hydragoga.

USUS: Quartana, Hydrops, Cachexia, Icterus, Asthma.

COMP: Extr. catholicum,

58. NYMPHÆA foliis integerrimis cordatis, calyce tetraphyllo, corolla multiplici. *Fl. Suec.* 427.

NYMPHÆA alba major. *Baub. pin.* 193.

Loc: Europæ nostræ stagna fluviaque.

*Perennis, vulgaris.*

PHARM: NYMPHÆÆ ALBÆ Radix, Flores,  
*Conservæ, Syrupus, ▽, ♂.*

QUAL: *Fl. anodyna.*

*Exoleta, dubia.*

VIS: *Fl. refrigerans, soporifera, saponacea.*

USUS: Gonorrhœa, Febres.

COMP:

59. CAPPARIS aculeata. *Hort. cliff.* 203.

CAPPARIS spinosa, fructu minore, folio subrotundo.  
*Baub. pin.* 203.

Loc: Italiæ, Narbonæ muri. *Arbor, fera.*

PHARM: CAPPARIDIS (*radicis*) Cortex; (*Flores aceto*) conditi.

QUAL: subamara. *Ustata.*

VIS: diuretica, emmenagoga, adstringens.

USUS: Hypochondriasis, Obstipatio, Paralysis.

COMP: *Troch. capparidis; Ol. capparidis; Radices V. aperientes*  
minores; Infusa,

60. PORTULACA foliis cuneiformibus sessilibus.

*Roy. lugdb.* 473. *Hort. Ups.* 146.

PORTULACA latifolia s. sativa. *Baub. pin.* 288.

Loc: Germania, Malabaria, Jamaica.

*Annua, cicur.*

PHARM: PORTULACÆ Herba, *Conservæ, Syrupus, ▽, Semina.*

QUAL: aquosa. *Culinaris, exoleta.*

VIS: refrigerans, corroborans.

USUS: Nausea, Scorbutus, Stranguria.

COMP:

261. MIMOSA spinis geminatis distinctis, foliis dupli-  
cato-pinnatis: particularibus utrinque quinis plu-  
ribus. *Hort. cliff.* 209. *Ups.* 46.

ACACIA. *Baub. pin.* 392.

Loc: Arabia petræa ex Ægypto per Massiliam.

*Arbor, fera.*

PHARM: ACACIÆ VERÆ succus.

ARABICUM Gummi.

QUAL: Succ. austera. *Gum.* liquefscens, insipida, flavescens.

*U sitata, p restans.*

VIS: Succ. adstringens. *Gum.* obtundens, inspissans, maturans.

USUS: Succ. Hæmoptysis, Menorrhagia, Procidentia: *Gum.* Oph-  
thalmia.

COMP: Succ. Andromach. *Troch.* carabe.

*Gum.* Mithridat. *Troch.* carabe; *Lob.* sanum.

262. TILIA. *Fl. Suec.* 432.

TILIA feminâ, folio majore. *Baub. pin.* 426.

Loc: Europæ nostræ prata. *Arbor, vulgaris.*

PHARM: TILIÆ Carbo, Cortex interior, Flores, Con-  
serva,  $\nabla$ ,  $\Omega$ .

QUAL: *Fl.* swaveolens.

*Rarior.*

VIS: *Fl.* anodyna.

USUS: *Fl.* Vertigo, Epilepsia.

COMP: *Aqua* confortans perlata; *Spir.* Embryon; *Aqu.* hirundinum.

263. CISTUS ladanifera cretica, flore purpureo. *Tourn.*  
*cor.* 19. *it.* 29.

LADANUM creticum. *Alp. exot.* 88.

Loc: Insulæ maris Ægei, Creta. *Arbuscula, fera.*

PHARM: LADANI Gummi.

QUAL: amara, grisea, fumo grata, resina.

*Rarior.*

VIS: paregorica, stomachica.

USUS: Dysenteria, catarrhus.

COMP: *Bals.* apoplecticus.

64. THEA. *Hort. cliff.* 204.

THEE, *Kæmpf. amœn.* 606. *Breyn. cent.* 112. *Bont. jav.*

88. *Barth. act.* 4. p. 1.

Loc: China, Japonia.

*Arbuscula, peregrina.*

PHARM: THEÆ Folia.

QUAL: herbacea.

*Culinaris, usitatisima.*

VIS: diluens, tonica.

USUS: Calculus?

COMP:

65. CARYOPHYLLUS. *Hort. cliff.* 207.

CARYOPHYLLUS aromaticus, fructu clavato monopyreno. *Pluk. phyt.* 155. t. 1.

Loc: Moluccæ, præsertim Ternatea.

*Arbor, peregrina.*

PHARM: CARYOPHYLLI AROMATICI Fructus,  $\text{K}$ ,  $100$ , *Balsamus.*

ANTOPHYLLI Fructus.

QUAL: aromatica, calidissima.

*Culinaris, eximia.*

VIS: calefaciens, sialagoga, emmenagoga.

USUS: odontalgia, Nausea, Paralysis; Vertigo.

COMP: Benedicta; Orvietan; *Ei.* diafatyr; *Bals.* apoplect; *Empl.* stomachal; *Spir.* mastichin.

## DIGYNIA.

66. BIXA. *Hort. cliff.* 211. *Ups.* 148.

URUCU. *Marcg. bras.* 61. *Sloan. jam.* 2. p. 52. t. 181. f. 1.

Loc: Brasilia, Mexico.

*Arbor, peregrina.*

PHARM: ORLEANA Terra (*Fœculæ*).

QUAL: rubra, subamara, subaromatica.

*Exoleta.*

VIS: tinctoria, refrigerans, corroborans, stomachica.

USUS: Hæmorrhagia, Profluvia.

COMP: Cocholata, Bezetta.

267. PÆONIA. *Hort. cliff. 211. Ups. 149.*

$\alpha$  PÆONIA folio nigricante splendido s. mas. *Bauh. pin. 323.*

$\beta$  PÆONIA communis s. femina. *Bauh. pin. 323.*

Loc: Alpes Helveticæ. *Perennis, cicur.*

PHARM:  $\alpha$  PÆONIÆ Radix, Fœculæ, Conservæ  
*Syrupus, K, \nabla, Semina.*

$\beta$  PÆONIÆ Flores, Conserva, Syrupus.

QUAL: subfoetida. *Ustata, heroicæ.*

VIS: subadstringens, anodyna, emmenagoga. *Fl. soporifera.*

USUS: Spasmus, Ecclampsia, Epilepsia.

COMP:  $\ddagger$  guttulæ;  $\ddagger$  epilept. Marchion; *Sp.* embryon; *Aqr.* hirund.

## TRIGYNTIA.

268. DELPHINIUM caule subdiviso, nectariis monophyllis. *Fl. Suec. 440.*

CONSOLIDÆ regalis arvensis. *Bauh. pin. 142.*

Loc: Europæ nostræ agri. *Annua, vulgaris.*

PHARM: CONSOLIDÆ REGALIS Flores.

QUAL: cœrulea. *Exoleta.*

VIS: dubia.

USUS:

COMP: *Syrupus violarum succedaneus.*

269. DELPHINIUM nectariis diphyllis, foliis palliatis: laciniis integerrimis. *Hort. cliff. 213. Ups. 150.*

STAPHISAGRIA. *Bauh. pin. 324.*

Loc: Istria, Dalmatia, Calabria, Apulia.

*Biennis, mansueta.*

PHARM: STAPHISAGRIÆ Semina.

QUAL: nauseosa. *Trita, prestans, externa.*

VIS: venenata.

USUS: Pisces, Pediculi, Acari subcutanei.

COMP:

270. ACO

270. ACONITUM foliorum laciniis linearibus ubique  
eiusdem latitudinis. *Hort. cliff.* 214. *Ups.* 152.  
ACONITUM salutiferum s. Anthora. *Baub. pin.* 184.  
Loc: Alpes Helveticæ, Allobrogicæ, Genevenses.  
*Perennis, cicur.*

PHARM: ANTHORÆ Radix ʒj.

QUAL: amara, acris.

*Exoleta, dubia.*

VIS: suspecta, anthelmintica, *Anti-Thora.*

USUS: Febres exanthematicæ.

COMP: Orvietanum.

## PENTAGYNIA.

271. NIGELLA petalis subtricuspidatis, foliis subpi-  
losis. *Hort. Ups.* 154.

NIGELLA flore minore simplici candido. *Baub. pin.*  
145.

Loc: Creta, Ægyptus. *Annua, mansueta.*

PHARM: NIGELLÆ Semina, ○.

QUAL: acris, fragrans. *Rarior.*

VIS: pellens, lactifera, apophlegmatizans, diuretica, emmenago-  
ga, anthelmintica.

USUS: Coryza, Catarrhus,

COMP:

72. AQUILEGIA nectariis incurvis. *Hort. Ups.* 152.  
quæ *Fl. Suec.* 443.

AQUILEGIA sylvestris. *Baub. pin.* 144.

Loc: Europa nostra. *Perennis, eicur.*

PHARM: AQUILEGIAE Herba, Flores, ▽, Se-  
mina ʒj.

QUAL: herbacea. *Rarior.*

VIS: subvenenata.

USUS: Exanthemata, Icterus, Dystocia.

COMP:

*POLYGYNIA.*

**273. HELLEBORUS** scapo subnudo bifloro, foliis  
pedatis. *Hort. Ups.* 157.

**HELLEBORUS** niger, flore roseo. *Baub. pin.* 186.

Loc: Apenninæ, Austria, Hetruria.

*Perennis, mansveta.*

**PHARM:** **HELLEBORI NIGRI** Radix ♂j, Fi-  
bræ, *Extratum* ♀j.

**QUAL:** acris, amaricans, subnauseosa, fœtida.

*Trita, eximia.*

**VIS:** purgans? emmenagogæ.

**USUS:** Mania, Melancholia, Chlorosis, Achores, Hypochondriasis.

**COMP:** *Extr.* cathol; *Extr.* panchymagog; *Pil.* starkii.

**274. RANUNCULUS** foliis cordatis angulatis petio-  
latis. *Fl. Suec.* 460.

**CHELIDONIA** rotundifolia minor. *Baub. pin.* 309.

Loc: Europæ nostræ umbrosa culta.

*Perennis, vulgaris.*

**PHARM:** **CHELIDONII MINORIS** Radix, Herba.

**QUAL:** subinsipida, oleracea.

*Exoleta, dubia.*

**VIS:** cosmetica.

**USUS:** Marisca?

**COMP:**

**275. ANEMONE** seminibus acutis, foliolis incisis,  
caule unifloro. *Fl. Suec.* 450.

**ANEMONE** nemorosa, flore majore. *Baub. pin.* 176.

Loc: Europæ nostræ nemora prataque verna.

*Perennis, frequens.*

**PHARM:** **RANUNCULI ALBI** Flores, ▽.

**QUAL:** acris.

*Rarior.*

**VIS:** cosmetica.

**USUS:** Cephalalgia.

**COMP:**

276. PULSATILLA foliis decompositis pinnatis, flore nutante: limbo recto. *Fl. Suec.* 446.

PULSATILLA folio crassiore & majore flore. *Bauh.*  
*pin.* 177.

Loc: Europæ nostræ colles aprici.

*Perennis, vulgaris.*

PHARM: PULSATILLÆ Herba.

QUAL: acertrima.

*Exoleta.*

VIS: corrosiva.

USUS:

COMP:

God-cuckoo bird, or nightingale bird. All parts of the plant are used in decoction, and the decoction is applied to the skin.

277. HEPATICA. *Hort. cliff.* 223. *Fl. Suec.* 445.

TRIFOLIUM Hepaticum, flore simplici cæruleo. *Bauh.*  
*pin.* 339.

Loc: Europæ nostræ sylvæ opacæ.

*Perennis, vulgaris.*

PHARM: HEPATICÆ NOBILIS Herba, Flores.

QUAL: inodora, insipida.

*Exoleta, præstans.*

VIS: adstringens, tonica.

USUS: Hypochondriasis, Hernia.

COMP:

# DIDYNAMIA

## GYMNOSPERMIA.

278. MENTHA floribus spicatis, foliis cordato-dentatis undulatis sessilibus. *Hort. cliff.* 306. *ups.* 168.

MENTHA crispa danica s. germanica speciosa. *Morif. hist.* 3. p. 307. f. 11. t. 6. f. 5.

Loc: Europa. *Perennis, cicur.*

PHARM: MENTHAE CRISPÆ Herba, *Conser-*  
*va, Syrupus, ▽, 〽, 〽, ⓧ.*

QUAL: fragrans. *Trita, eximia.*

VIS: resolvens, pellens, ructatrix, carminativa, sterilitans, emmenagogue, stomachica.

USUS: Hysteria, Asthma, Tussis convulsiva, Colica, Bubo mammarum, Vomitus, Spasmus, Satyriasis.

COMP: Spir. embryon.

279. MENTHA spicis confertis, foliis serratis sessilibus. *Hort. cliff.* 306.

MENTHA sylvestris, folio longiore. *Baub pin.* 227.

Loc: Germania, Anglia, Gallia. *Perennis, cicur.*

PHARM: MENTHAE SYLVESTRIS Herba.

QUAL: antecedente inferior. *Rarior, externa.*

VIS: antecedente debilior, magisque adstringens.

USUS: Calculus, Hysteria, Colica, Tormina, Vomitus.

COMP: Epithemata.

280. MEN-

280. MENTHA floribus verticillatis, foliis ovatis obtusis subcrenatis. *Hort. cliff.* 306.  
*PULEGIUM latifolium.* *Baub. pin.* 282.  
 Loc: Angliae, Galliae subhumida. *Perennis, mansueta.*  
 PHARM: PULEGII Herba.  
 QUAL: præcedentium, sed acrior. *Ustata, præstans.*  
 VIS: præcedentium sed fortior, minusque adstringens, emmenagogia.  
 USUS: Asthma, Tussis convulsiva.  
 COMP:

281. THYMUS erectus, foliis ovatis margine reflexis, floribus verticillato - spicatis. *Hort. cliff.* 302.  
*Ups.* 160.  
*THYMUS vulgaris*, folio tenuiore. *Baub. pin.* 219.  
 Loc: Galliae Narbonensis exarida. *Suffrutex, cicur.*  
 PHARM: THYMI VULGARIS Herba,  $\nabla$ , Semina.  
 QUAL: fragrans, aromatica. *Ustata, præstans.*  
 VIS: pellens, corroborans.  
 USUS: Senectus, Leucophlegmatia, Coryza, Epiphora.  
 COMP:

282. THYMUS foliis capitatis, caulis repentibus, foliis planis obtusis basi ciliatis. *Fl. Suec.* 477.  
*SERPILLUM vulgare minus.* *Baub. pin.* 220.  
 Loc: Europæ nostræ colles nudi. *Suffrutex, vulgaris.*  
 PHARM: SERPYLLI Herba,  $\nabla$ ,  $\circ$ , (florum) Conserva.  
 QUAL: odorata, stipitata. *Exoletæ.*  
 VIS: resolvens, adstringens.  
 USUS: Cephalalgia crupula.  
 COMP: Balnea uterina.

283. SATUREJA floribus spicatis, foliis carinatis punctatis ciliatis.

THYMUS capitatus, qui dioscoridis. *Baub. pin. 219.*

Loc: Græcia, Creta, Bætica, Hispalis gades.

*Suffrutex, ferus.*

PHARM: THYMI CRETICI Herba.

QUAL: præcedentibus 281, 282. fragrantior. *Exoleta, praestans.*

VIS: vulgari 281. fortior.

USUS:

COMP:

284. SATUREJA pedunculis bifloris. *Viria, cliff. 57.*

*H. upf. 161.*

SATUREJA hortensis. *Baub. pin. 218.*

Loc: Monspelium. *Annua, cicur.*

PHARM: SATUREJÆ Herba,  $\nabla$ ,  $\circ$ , Semina.

QUAL: fragrans, aromatica.

*Rarior, praestans.*

VIS: pellens, excitans, aphrodisiaca.

USUS: Anorexia, Apoximeron.

COMP:

285. TEUCRIUM foliis ovatis utrinque acutis integrimis, floribus solitariis spicatim digestis. *Hort. cliff. 302. Upf. 159.*

MARUM cortusi. *Baub. hist. 3. p. 242.*

Loc: Regnum Valentini. *Suffrutex, mansuetus.*

PHARM: MARI VERTI Herba, Folia s. f. *Essentia.*

QUAL: fragrantissima, acutissima. *Rarior, chara, heroica.*

VIS: resolvens, nervina! pellens, emmenagogia, errhina, cordialis.

USUS: Hydrops! Asthma! Oblivio, Sopores, Aosmia, Hysteria.

COMP:

286. TEU-

286. TEUCRIUM foliis lanceolato-linearibus integrimis subsessilibus, floribus solitariis pedunculatis. *Hort. cliff. 303.* *Ups. 159.*

ROSMARINUM stoechados facie. *Alp. exot. 103.* f. 102.

Loc: Creta. *Suffrutex, mansuetus.*

PHARM: POLII RETICCI Herba.

QUAL: amara. *Exoleta, debilis.*

VIS: tonica.

USUS: Calculus, Icterus.

COMP: Andromach; Mithridat.

287. TEUCRIUM foliis linearibus trifidis integerrimis. *Hort. Ups. 160.*

CHAMÆPITYS lutea vulgaris s. folio trifido. *Baub. pin. 249.*

Loc: Italiæ, Angliæ, Austriæ agri. *Annua, cicur.*

PHARM: CHAMÆPITYOS Herba.

QUAL: resino-aromatica, amara. *Trita, præstans.*

VIS: pellens, emmenagoga.

USUS: Rheumatismus, Febres; Hæmaturia?

COMP: Andromach.

288. TEUCRIUM foliis ovatis inciso-crenatis petiolatis, floribus laxe verticillatis. *Hort. cliff. 302.*

